Gram 1443

PROSODIA HENR. SMETII, RUB. F. à LEDA, ALOSTANI, FLANDRI, MEDICINÆ doctoris, promtissima,

QVÆ,

SYLLABARUM POSItione & diphthongis carentium,

QUANTITATES,

Sola veterum Poëtarum auctoritate, adductis exemplis, demonstrat:

Ab auctore reformata, locisque innumeris emendata, & quarta sui parte adaucta.

EDITIO NOVA.

Prioribus correctior, mantissâque haud aspernabili rursus ab auctore, anno ætatis suæ LXXV. adjectâ, locupletior:

Cum appendice aliquot vocum ab ecclesiasticis poëtis aliter usurpatarum.

EXCUSA

Ad auctorum passim corruptorum inspectionem,

Anno M DC XXI.

JOANNI A KOREN-PUT, JOAN. F. TRIBUNO ET ARCHITECTO MILITARI Nobilissimo

HENRICVS SMETIVS A LEDA S. P. D.

QVum ante annos pauculos, vir fortissime, poëmatica quædam prima ætate nostra lusa, recognoscere in mentem venisset, tandemq́ quorundam, qui in scribendis versibus peritiores, editisq́ in lucem poëmatis clari, hoc loco vivebant, judicio subjecissem: accidit, ut diversis diversa (prout, ne quid amicitiæ darent, eos antè obtestatus fueram (obelisco liberrimo configentibus, de nonnullarum vocum quantitatibus quæstiones inciderent, quas hic producendas, ille contrahendas existimaret: de quibus tamen probatorum poëtarum exempla proferre nequirent: neque etiam illorum, qui de re Metrica accuratiùs scripserant. Despauterii, Micylli, Fabricii *monumenta controversiam dirimere possent. Quo discrepantium opinionum tædio affectus, de syllabarum, diphthongis aut positione carentium, præcipuè verò primarum & mediarum (de quibus frequentiùs, quam de ultimis dubitari solet) quantitatibus, sola veterum (qui ut minimùm ante annos mille scripserunt) auctoritate comprobantis, cogitare cœpi. Quamobrem pervestigatis (quoties ab ordinariis negotiis otioli aliquid suffurari possem) pluribus quàm centum & viginti poëtarum, cum operibus integris, tum fragmentis, labore incomparabili; primùm quidem colligebam ea tantùm, de quibus meritò dubitari posset. Postea hortatu eo-*

rundam, etiam illa de quibus, licet cultioris eruditionis homines, ex usitata doctioribus pronunciatione, nihil ambigerent; quadam tamen gentes, quales Galli, Poloni, Ungari ob vernaculi sermonis contagium Latinæ elocutioni vitium afferre assolent: Unde tritum illud: Non curo quantitatem syllabarum, *modò sit* oratio congrua. *Item: Nos sumus* Nobiles Poloni. *Et sicut centies, dum Lovanii, Bononiæ & alibi in studiis literarum versarer, notavi ex professoribus (viris alioquin magni nominis) quosdam ex imperita consuetudine, insuaviter admodum, ac inconcinne inter prælegendum non pauca proferre, qualia:* Alaricus, Alioquin, Aliquando, Andronicus, anisum, Apamia, Archiater, Archimedes, Aristobulus, Beronica, Chamædrys, Cleobulus, compotant, Cyclaminus, Daricus, Getuli, Heraclitus, Hydropes, Lacones, Mediastinus, Mathesis, Paracletus, Petroselinum, Suffocant, Thessalonica, *aliáque innumera contra accentum legitimum, penultimæ syllabæ quantitati debitum. Ex quibus vel solis manifestò liquet, conatum hunc nostrum, non solùm pædagogis, ad pueros in versificatoria exercendos: sed viris quoque in quacunque facultate versantibus, Theologis, Jurisperitis, Medicis, Philosophis, Rhetoribus, Historicis ad concinniorem magisque elegantem etiam solutæ orationis prolationem magnopere profuturum. In quo dum allaboro, opus in majorem exspectatione mea tumorem accrevit. Collegi autem potissimum ex poëtarum versibus illis, qui certos pedes postulant: quales Hexametri, Pentametri, Phalæcii, Jambici, Alcaici, Sapphici, Choriambici, Trochaici, Scazontes: versusque formam scansionis commodioris gratia annotavi, ut de pedibus constet,*

præter

præter hexametrum & pentametrum per se notissima. Studui interim, quâ potui, exempla proferre, quæ duas aut tres syllabas asserere queant. Aliquando etiam, ut de ultima constaret. Ex Plauto autem aut Terentio, ut minus curiose leges servantibus, sicut ex Catullo in Phalaciis nimia libertate luxuriante, dum primo illorum pedi modò spondeum, modo jambum, modò trochæum quoque attribuit: Secundo vero loco, dactyli vicem nonnunquam spondeo supplet) quàm parcissimus fui, & quidem necessitate solummodo premente: idque in vocibus, quæ alibi rarius occurrunt. Vitavi quoque, quà licuit (modò alia non deessent) versus cæsurarum licentia abutentes. Ecclesiasticos autem Poetas parciùs produxi: eò, quòd subinde minùs anxii quantitatum observatores esse videantur, dum majorem rerum quam pedum rationem habent, quod apparet in vocibus, Ænigma, Copula, Enecās, Enervatus, Florianus, Fient, Sphæra, & similibus, *in quibus primam contra vel naturam, vel morem antiquiorum corripiunt. Sicut secundam in* Abdera, Archimedes, Ecclesia, Eremus, Idume, Imbecillus, Lavacrum, Rhomphæa, Severinus, Valetudo, Verecundia. *Simili modo tertiam contrahunt in* Æmulamentum, Calceamentum, Inchoamentum, Inquietatus, Paracletus, Pollicebantur. *Posteriorem quoque brevem faciunt in* Dæmon, Dispar, Fames, Proles, Ulysses, Vulpes. *Contra producunt primam præter morem veterum non raro in voculis:* An, Bis, Didymus, Meridies, Seleucia, Sinus pro littore, Spado. *Item secundam extendunt in* Conditio, Redimitus, Sacrificium: *quemadmodum & in nonnullis aliis præter artis leges, aut antiquorum usum, quod imitandum esse abnuo. Quorum exempla videre volenti, in peculiarem appendicem finito huic operi subnexum, ne quis fallatur, conjicienda potiùs putavi: quàm (quod in priori editione factum) eadem simul cum aliis, in contextu, tanquam imitatione digna, relinqui. Est*

iisdem familiare, vocales natura breves, in fine dictionis positas, ob consonantes vel duas discretas, vel unicam duplicē, X & Z. caput vocis sequentis occupantes, jure quasi positionis, producere, quanquam non absq; vetustiorum exemplo fecisse id videantur.

Sic enim Juvenalis:

Occulta spolia, & plures de pace triumphos.

Item Virgilius,

Drymoque, Xanthoque, Lipeaq;, Cymodoceq;.

Adde, quòd iidem gerundia in Do, plerumque indifferenter usurpent, licèt neque istud exemplo veterum careat. Ita enim Tibullus:

Aufer & ipse meum pariter medicando dolorem.

Item Juvenalis:

Plurimus hîc æger moritur vigilando, sed illum.

Quos & alii sunt imitati:

Serenus quidem,

Sæpe sibi noxæ nimium manando fuerunt.

Item & Ausonius:

——— dum percontando moraris,

Verum quicquid hoc est: veterum vestigiis inhærere consultius omnino judico.

Ex recentibus Mantuanum, in voce Cicur, *Politianum, in* Matrima, *&* Patrimus, *eò quòd alii deessent, semel allegavi, præter illos, quos sciam neminem.*

Cæterùm quandoquidem non omnes voces apud poëtas antiquos obviæ sunt: idcirco quædam (mihi saltem nusquam lectæ) absq; adducto exemplo supersunt, quales, abavunculus, Acetabulum, Ammodytes, Allegoria, Apamia, Archimedes, Archipirata, Cicur, Titio *pro* torre *& similia. Ut itaq; de talium quantitate constare aliquid posset; quædam te ad simplicia remittent: ut* Abavunculus, *ad dictiones* ab, *&* avunculus, *Sic* Admolior *ad simplex* molior. *Quædam è contrario ad composita; ut* Cicur,

ad

ad Incicoris: *Nonnulla ad similia*, *ut* Titio *pro* torre, *ad* Titus & Titius, Abluvium, ad Diluvium, Ammodytes *ad* Troglodytes, Appendices, *ad* Perpendiculum, Diluculum, *ad* Luculentus, Ariſtobulus, *ad* Ariſtophanes & Cleobulus, Acetabulum, *ad* Acetum & Venabulum. *Subinde quoque ad orthographiam reſpicere juberis: ut in* Allegoria, Apamia, Archimedes, Archipirata, *quum Græce ſcribantur*, ἀλληγορία, ἀπάμεια, ἀρχιμήδης, ἀρχιπειρατὴς, *unde nativa quantitas facile colligi poteſt. Apud Græcos enim vocales* η & ω, *ſicut diphthongi, tam impropriæ quam propriæ, ſemper producuntur. Vocales autem* ε & ο, *perpetuò breves: Verum* α, ι & υ *communes habentur, quamvis non in omnibus. In quibuſdam enim productæ, in quibuſdam contractæ obſervantur. Tametſi veteres ipſos hac in parte aliquando peccaſſe obſervarim: quod oſtendunt hæ voces:* Ammon, ἄμμων, Butyrum, βούτυρον, Chalcedon, χαλκηδὼν, Chiron, χείρων, Crepida κρηπὶς, Dæmon δαίμων, Ego, ἐγὼ, Hector ἕκτωρ, Mater μήτηρ, Octo ὀκτὼ, Pater πατὴρ, Polypus πολὺπους, Romphæa, ῥωμφαῖα, Scotia σκωρία, Toletum τώλητον. *Ex his enim ſyllabas natura longas corripiunt. Contra in* Polypus πολύπους, Polydamas πολυδάμας, Theophila θεοφιλά, Thematis θέματος, *primas, quæ breves ſunt, producunt. In ſimilibus tamen, quiſquis orthographiam & originem obſervabit, rationi magis conſentaneum faciet, & qui ſuum defendat factum, habebit.*

Quod autem, ſtrenuiſsime Corenputi, *hoc ſcriptionis genus tibi, viro militari malè fortaſſis conveniens, inſcribendum putarim: ea eſt cauſſa: quòd ſicut in humaniori literatura, hiſtoriarumque lectione, ac mathematicis diſciplinis diligenter à prima adoleſcentia verſatus es: ita in Latini ſermonis puritate adeò feliciter te exercuiſti, ut quanquam inter arma, pro Deo & patria ſuſcepta (in quibus plurima, vel invidia teſte, præclara, hiſtoriaque Belgicæ hu-*

cæ hu-

ca hujus temporis haud ignota, excellentis animi specimina ediditi) jam supra annos XXVII. occupatissimus, in oblivionem ejus, per dissuetudinem tam diuturnam, venisse existimari posses: illius tamen promtitudinem vivacissimam, oratione non tantum soluta, verum etiam ligata, quandocunq; libet, declarare queas: quod non modò epistolæ aliquot familiares ad me tuæ, sed vel unicum illud epigramma decastichon (quo ante annos quatuor, poëmatio tibi inscripto redostiebas) *testatur. In quibus versibus (qui, uti scribebas, primo poëmatum nostrorum aspectu tibi jam tum ætatem quinquagenariam majorem agenti,*

Belli inter strepitus: flammisq; tonantia tela,

in mentem veniebant) nihil tamen triviale, nihil durum, coactumve, nihil contra artis leges occurret: sed Latinæ dictionis facultas, sed venæ nativus fluor, una cum nitore eleganti conjunctus elucescit. Ex quibus, quid in flore juvenili (cujus fructum posteritati invidisse videris) præstiteris, poroq; præstare potuisses: quilibet per se conjecturam facere possit. Cæterùm Deum Opt. Max. omnis boni datorem ex animo precor, ut te incolumem & vegetum reipubl. bono, quam diutissime conservere dignetur. Ex Museo nostro, x. Martii, 1599.

IN ANTIQUA SMETIÆ GENTIS A LEDA INSIGNIA, CASSIDE AURATA, BUCCULA cancellata scuto rubro, lunulis aureis, ex pictura veteri, elegidion.

COCCINEO in clipeo, norma discreta nigrante,
Trina renascenti cum face Luna micat.
Fulvus apex galeæ, cygneas surrigit alas,
Quas inter medio est fulva Diana situ.
Hæc atavûm meritis, ad seros missa nepotes,
Sunt gentilitiis signa vetusta meis.

Plani.

Planities clypei croco cur tincta rubescit?
Turpibus & falsis erubuisse monet.
Cur clypeus norma distinguitur? acta severam
Justitiæ ad normam nostra probare docet.
Quid tria crescentis designant lumina Phœbes?
Lucida cur sursum cornua versa gerunt?
Virtutum in studio capere incrementa monemur,
Pectoraq; ad cœlum tollere fulta fide.
Cur galea aurata est? sic puræ mentis oportet
Munitum semper præsidio esse caput.
Sed quid olorinæ surgentes vertice pennæ?
Scilicet ingenio, non genere astra peti.
Area cygneis cur Cynthia clauditur alis?
Moribus ut niteat docta Minerva probis.

PAULI MELISSI FRANCI, COmitis Palatini, Equitis, Civis Romani ODE *AD HENRICUM SMETIUM V. NOBIL. ET MED.*

VIVACE postquam carminis alite
Dixisse Reges Judaicos juvat,
Moresque Susannæ pudicos
Helchiados, medicæq; vires
Et pondus artis: non sine Batrachûm
Pugnis Homeri: quid modulaberis
Post hac camœnarum ore dignum,
Canitie ô venerande SMETI?
Non segne quondam natus in otium,
Neque in soporem, quei sineres gravi
Torpescere ætatem senilem,

Desidiæ

Desidiæ fugiens, veterno?
Fraudamur; an te magnum auspice
Beat Poëtas, quique adeo inclytos
Amant Poëtarum maniplos,
Grande decus merituro in annos
Sequentis ævi: Te duce totius
Linguæ Latinæ congeries sibi
Sortitur aptas æqua classes:
Proque pedum numero modoque,
Per dictionum multiplicem ordinem,
Antiqua vatum gaudet apiscier
Exempla: queis tyro institutus
Instruit hinc aciem, potitus
Patente campo; ceu veterana vis
Peritiorum, cernere fortior
Armis Gradivi, bellicasque
Res gerere arte peculiari.
Ad umbilicos gestio ducier
Desideratę millia copię
Contrà, quid ipsum me fatiget
Detineatque rogasné SMETI:
Implere Acanthis adspice bis decem
Desudo silvas; jamque adeo super
Fœcundus exit fundus, atque
Se numero fruticante vincit.
Has ecce totas excutias vigil.
Nil hercle, quęrendo invenies nisi
Per mille tercentena nobis
Vota petitum oculum Rhodanthes.

JANI

JANI GRUTERI J. C. HISTORICI Electorialis.

AD HENR. SMETIUM. V. NOBIL. ET MED. ELEGIA.

SIC Helice medio dubios regit æquore nautas,
Sustinet errantes sic Cynosura rates:
Haud meliùs sanè Tegeæi dextra vialis
Multifido sectum tramite signat iter.
Optatoq; loco statuit, quos anxius error
Passus erat patulum non superare nemus,
Quam Smeti, tuus hic index attenditur hortis
Castaliis, Pindi prodit & omne latus.
Nempe priùs circa lepidis loca culta Camœnis
Nil nisi caligo, multus & horror erat.
Nunc sed enim quævis spirant geniale quid antra,
Doctaq; de variis sibilat aura jugis.
Nunc sed enim fontes passim silvæq; loquuntur,
Speluncaq; Echûs qualibet ora vigent.
Haud aliter veteri detracta pelle bilinguis
Anguis ovat, veris vividiore bono.
Dic tamen, ô Smeti, quænam tibi Agonia, quænam
Hic Stimula attulerit, Persicaque auxilium?
Tam vastum nec enim raro sine numine Divûm
A capite ad calcem conficiatur opus.
Ergo trias fuit ista tibi comes usque labores
Usque tuos plausu juvit, & usque sono.
Nec secus ac mellis formatrix Dædala, mane
Chloridos ut varios lustrat hianter opes:
Nunc clepit hic Rorem maris, illic suave Apiastrum
Atterit & Thymbra crura Thymoq; gravat.
Vixque domum serò repetit, largoq; vacantes
Cellarum stipat nectaris imbre sinus:
Sic quoque thesauros omnes, monumentaq; vatum
Æternum Genius queis dedit esse decus,
Judicii docto ungue legis scitoq; sequestras
Ordine, cunctorumq; usibus apta facis.
Immodicus certè labor & non debitus uni,
Horarum rapuit millia multa tibi

Millia

Millia multa, aliis longè quæ dedêre curis,
Ingenio fuerat res mage digna tuo.
Ingenio; multum quo dia superbit Athenæ,
Quo Medicina albis sacra triumphat equis.
Jure sed utilitas vicit communis, & in re
Non puduit tenui continuare moras.
Si res illa tamen tenuis, quam nemo priori
Tentare ausus & hoc tempore nemo fuit,
Si res illa tamen tenuis, juvenilior ætas,
Quæ sine vincta pedes hæreat, atque manus.
Aut inter vepres præruptaque saxa senescat
Ad melicas nunquam gnara venire deas.
Gnosia sic Theseus Ariadnæ stamina temnat,
Si Labyrinthea nolit abire domo.
Navita sic spernat magnetis futile punctum:
Si rapidis debet ludibria ulla notis.
Verùm ut ut est, istis Smeti tua nomina donis,
Semper erunt cœlo, semper honora solo.
Tale pater meritum nam nolet Apollo latere,
Letheove sinet Musa perire lacu.
Illud at inter cœlituum convivia festa
Sæpe oris referent murmure, sæpe lyræ.
Palladiique volent texatur in æquore pepli,
Credidit heroum cui benefacta dea.
Aut juvenum illa manus, Parnassi Musica Tempe,
Cui licet auspiciis jam penetrare tuis.
Quæ non ingenii quæ non molimina vocis
Exseret ingratam ne sit habere notam.
Seu Cyrrhea cita viridaria calce teruntur,
Seu bibitur Clariis Pegasis unda labris?
Multa incisa tuo surget sub nomine laurus,
Nomine multa tuo vena tumebit aqua.
Silvaque ramorum Zephyris agitata secundis,
Smetium Olympiaci volvet ad alta sali.
Defluviumque Hippocrenes vigilace susurro,
Smetium Atlantiaci volvet ad alta sali,
Ut quocunque dies illustrior exit & intrat,
Semper ibi famæ munere clarus agas.
Qualiter in regum thalamis carbunculus ardens,
Sive Adamas montis, unio sive maris.

Seclaque

Seclaq; contigeris duplicata ubi Nestoris, umbras.
Elysii nemoris non tamen umbra petes.
Sidereos totus sed demigrabis ad ignes,
Erigones ubi lanx unaq; & una nitet.
Quippe tibi duplex dederit cum munus Apollo.
Quoq; cluis medicus, quoq; poëta cluis.
Tunc quoq; tunc etiam sua cuncta insignia tradet
Quoq; cluit medicus, quoq; poëta cluit.
Quare de pharetra viduata fornice, fiet
Sive sedile tuum, sive cubile tuum.
Culcitra ne desit, se deplumare sagitta
Quaq; volet, molles exhibitura toros.
Mox eadem illa decussatim transversa, rotarum
Quatuor in speciem, se patietur agi.
Accedet Laurus fluido curvamine præsens.
Tam prohibere æstus, quam prohibere notos.
Arcus at ille Dei longus temonis in usum
Ibit utrinq; frequens, cui latus obdet olor,
Hic simul ac rostro chordas dissolverit arcus,
Hisq; capistrarit colla canora sibi:
Imperio nutante tuo per inania mundi
Omnia quo tulerit cunq; libido, ruet.
Nunc matutino jucundè afflaberis Euro,
Nunc propriùs Boreæ fas erit ire domum.
Et modo ad occidui sistere cubilia Solis,
Et modò ad Æthiopum fervida regna plagæ.
Sin libet oppositos pedibus quoq; cernere nostris.
Antipodas, ipsis ilicet hospes eris.
Interea multus cantabit ab arbore Gallus
Baccifera, arguti qui regat oris aves.
Nam tibi plumigeris cincto latus omne theastris,
Alaq; pennipotens plaudet ovante sono.
Multaq; Dauliadum vox æmula vocibus alto
Murmure non simplex præcipitabit epos,
Accinet hin linguæ soboles atq; aëris echo,
Gestiet & totos posse referre modos.
Inde vacillanti nutabunt vertice montes.
Assurgent trepidis & nemora alta comis.
Parte alia valles simul attollentur & antra,
Stabit & immoto fluminis unda pede.

Suggeret

Suggeret haud visos unquam Natura colores;
Coctaq; sudabit balsama rupis apex,
Omnia gaudebunt, aliisq; silentibus auris
Imperium Zephyrus solus habebit agri,
More satellitii comitabitur alma Juventus,
Gloriaq; & nullo tegmine Fama gravis,
Hæc clangore tubæ gentes populosq; movebit,
Vocis ut harmonicis excipiare sonis.
Illa animos in te vertant dabit, ac tibi jam nunc
Templorum incipiant ædificare tholos.
Tertia perfundet vivo medicamine membra,
Torpentis senii ne premat illa gelu.
Sed velut ille ales, sibi qui solesq; paterq; est,
Flore juventutis mox redeuntis oves.
At, quum jam propior, Smeti, radiantibus astris
Succedis, Phœbi tunc age sume chelyn
Sume chelyn chordasq; manu percurre volucri;
Chordarumq; juvent verba diserta melos.
Fallor? an haud citius primo tentaveris ictu,
Cognita Latoo fila & amata Deo?
Quin tibi cœlorum concorde melismate contrà
Responsent orbes perpetis harmoniæ.
Sic sanè. Autumniq; foris laxabitur ultro,
Virginis Erigones ut capiare sinu,
Astrumq; invideat tacitè vicinius omne,
Optet & istud ei præripuisse decus,
Sustentare sua tibi mallet utrumque bilance
Libra pedem: ipsa tuis stare Corona comis.
Scorpius exsultat, caudæq; minacis acumen
Odit in amplexus pronior ire tuos.
Hinc motu caudæ, gannitu hinc vocis adulat,
Arcturique manu par sitit ire Canum.
Respicit ipse Leo, positoq; horrore tubarum,
Tergore tale velit pondus habere suo.
Ursa pedes erecta duos tibi saltat, & Anguis
Bis ter amet collo stare monile tuo.
Se Crater vix sede tonet; cuperetq; capaci
Ventre fovere tua pharmaca mixta manu.
Nec prorsum illepidè, nam quamvis nostra venena
Haud habeant illis se penetrare locis;

Te

Te tamen humani generis quoq; pristinus illic
Legitimo, Smeti, jure sequetur amor.
Quodq; mage ex facili concessum erit inde juvare,
Hoc homines cupies nempe juvare magis.
Quando igitur sidus stat Olympo rarius orbi,
Quod noceat nunquam, porro sed usq; juvet.
Tu contra nullo radiati tempore vultus
Luminibus terræ tantula damna feres.
Sed nova sufficies potiùs mortalibus ægris
Gaudia, Pandoræ quæ periere dolo:
Mutabisq; adeo in melius passim ætheris astra,
Stelligero quotquot vertice torquet Atlas.
Non vento Arcturus, non imbre minabitur Hœdus;
Frigore non uret Capra, nec igne Canis.
Abjiciet clavam gladiumq; comosus Orion,
Contrahet & caudæ virus anile Nepa.
Vernaq; temperies toto dominabitur anno,
Reddet & aucto fœnore semen ager.
Unda feret pisces: volucres dabit aura salubres,
Nec furet Oceani, nec furet ira Jovis,
Tantaq; compositis surget Pax rebus, & arma
Sic Janus claudet cruda tenace sera:
Una sit ut cunctis concordia partibus orbis,
Una sit ut Pietas protinus, una Fides.
Tabida sed Tussis contra, sed obunca Podagra,
Sed capitis gravior, sed stomachi ille dolor.
Morsq; rapax, Mortisq; soror primaria Pestis,
Febris & atrarum signifer Eumenidum,
Aut pavidæ mœsta antra potent Acheruntis, avitas
Hîc ubi Enyo ædes, hîc ubi servat Eris:
Aut sua membra Prometheis stricta undiq; vinclis
Caucaseæ pascent viscere rupis aves.
Plaudite io populi, quotquot lux annua ab Indis
Lustrat ad Hesperii cana fluenta maris.
Vera loquor, ventura loquor, quæq; Atropos olim
De puero ad cunas vaticinata Dea est.
Vaticinata Dea est, clarum ergo plaudite, namque
Diva nequit falli, fallere Diva nequit.

JOAN-

JOAN. PISCATORIS THEO-LOGI HERBORNENSIS, AD HENR. Smetium compatrem honorandum, epigramma.

ISthoc non temere es dictus co-
gnomine Smeti,
Quod eſt faber ferrarius.
Ut faber emollit ferrũ denſo igne,
deinde
Crebris fatigans ictibus,
Cudendo varias eductitat inde fi-
guras,
Limáque poſtea perpolit:
Sic, igne ingenii mollis tu verba;
deinde
Carmen figuras quodlibet:
Pòſt adhibes ſtudiis limam; mul-
túmque terendo
Et hinc & inde perpolis.

ANNO 1603.

CATA-

CATALOGUS VETERUM POETARUM, ET AUCTORUM, QUORUM VERSUS HOC LIBRO PRODUCUNTUR, & quo plerique tempore vixerint.

ACeius,
Æditutus.
Æmili⁹ Macer.
Afranius,
Agellius,
Albinus, } *ante Christ.*
Alcimus Avitus, *anno Domini* 490
Alphius Avitus, *anno* 440
Ambrosius, *anno* 399
Amœnus, *cum Prudentio.*
Andromachus, *sub Nerone.*
Anthologiæ Græcæ.
Angeius Politianus, *Vixit anno* 1481
Apulejus, *anno* 380
Arator, *anno* 560
Architrenius, *seu*, Joannes Sarisberiensis, *vixit an.* 1182
Aristophanes, *ante Christum.*
Arnobius, *ann.* 306
Athenæus, *sub Antonino.* 166
Augustus Cæsar, *ante Christum.*
Avienus, *sub Theod. seniore.* 390
Avitus Alcimus 490
Aulus Serenus, *ante Christum.*
Aut. Olymp. Nemes. *sub Caro.*
Ausonius, *ann.* 400

B

Baptista Mantuanus, *an.* 1490.

C

Cæcilius, *ante Christum.*
Calphuruius, *cum Nemesiano.* *sub Caro, anno* 288
Capella Martianus, *ann.* 470
Catullus,
Cicero,
C. Gilnius Mecœnas
Cinna Helvius, } *ante Christ.*
Claudianus, *anno* 400
Cneus Marius, *ante Christum.*
Columbanus, *anno* 580
Columella, *sub Claudio.*
Cor. Gallus,
Cor. Nepos,
Cor. Severus,
Cratinus, } *ante Christ.*
Cunradus Celtes, *vixit anno*, 1470
Cyprianus, *anno* 256

D

Damasus, *anno* 596
Domitius Marsus, *ante Christ.*
Dracontius, *ante Ambrosium.*
Drepanus, *anno* 380

Porphyrius, *sub Constantino* 312
Priscianus, *sub Justiniano* 530
Propertius, *ante Christum.*
Prosper, *anno* 465
Prudentius, *anno* 400
Publ. Mimus, *ante Christum.*

Q

Quinctus Catulus, *ante Christ.*
Q. Serenus Samonicus, *an* 240
Quinctus Rhem. Fannius Palæmon, *sub Claudio.*

R

Rufinus Floridus, *an.* 414
Rufus festus Avienus, *sub Theodosio seniore.*
Rusticus Helpid. *an.* 500
Rutilius Cl. Numatianus, *sub Honorio, an.* 400

S

Sedulius, *an.* 439
Seneca Tragœdus, *ante Mart.*
Septimius Serenus, *ante Christ.*
Serenus Samonicus, *an.* 240
Severus sanctus, *ante Theodos.*
Sidon Apollinaris, *sub Leone anno* 460
Silius Italicus, *sub Domitiano* 94.
Solinus Polyhistor, *sub Vespasiano.*
Statius, *sub Domitiano.*
Suevius, *ante Christum.*
Sulpitia, *poetria sub Domitiano.*
Sulpitius Lupercus Servastus.
Symmachus, *Ausonii coætaneus.*
Symphosius Cœlius, *ante Theodos.*

T

Terentius, *ante Christum.*
Terentianus, *an.* 440
Tertullianus, *an.* 210
Theocritus, Tibullus, Titinnius, Titus Valgius, Turpilius — *ante Christ.*

V

Valerius Cato, *ante Chr.*
Valerius Ædituus, *ant. Ch.*
Valerius Flaccus, *an.* 80
Varius Valgus, *ante Christ.*
Varro Aracinus, *ante Christ.*
Victor Massiliensis, *an.* 460
Victorinus Afer, *an.* 350
Victorinus Pictaviensis, *ante Constautium.*
Virgilius Maro, *ante Christ.*
Vocatius Sedigitus, *ante Vespasianum.*

U

Ulpius Egnatius, *ante Maur.*

METHODUS DIGNOSCENDARUM SYLLABARUM EX GEORG. FABRICII CHEMN. De re poëtica lib. I. aliquot locis à nobis castigata.

IN syllabarum dignotione observanda est collocatio & quantitas. Collocatio quidem qua primæ, mediæ, aut ultimæ existunt. Quantitas, qua longæ, breves, aut ambiguæ dicuntur. Collocatio cuivis aperta est; verùm in quantitate ea est differentia: quòd syllabæ vel in genere vel in specie cognoscuntur.

In genere cognitio fit: positione & diphthongo, quæ omnibus accidunt syllabis easque longas faciunt: Item regula & exemplo, quibus aut productę, aut correptæ esse possunt. Præterea in genere etiam cognoscuntur, vocali ante vocalem, & derivatione.

In specie cognoscuntur, secundum positum syllabarum. In primis syllabis: præpositione, compositione & resolutione. In mediis: accentu & diminutione. In ultimis: terminatione vocalium, aut consonantium.

DE OMNIBUS SYLLABIS IN GENERE.

De Positione.

Positio fit aut usitatè, aut minus usitatè.

Usitatè quidem: juxta vulgarem consuetudinem, idque, vel revera, sequentibus vocalem duabus, pluribusve consonantibus: aut litera geminata, idq;, aut in una eadéq; dictione: ut *amnis, ferrum*, aut in dictionib. diversis, ut, *In rebus secundis vive beat⁹.*

Vel facultate: cum è duplicibus aliqua, qualis X & Z. vocalem sequitur, ut *pix, felix, gaza, maza*, ut.

Felix & ponere vites. Item.

——— *& Troia gaza per undas.*

Vel j litera inter duas vocales pósita: ut *Ajax*.

Dominus scuti septemplicis Ajax.

Item hæ voces: *Trajectus, Lyncejus, Harpyis*, ut

Pectora trajectos Lyncejo Castor ab ense.

Vellem ait Harpyis gula digna rapacibus esset.

Minùs verò usitate, sed (ut veteres vocant) modo quodã, vel,

Cum

Cùm dictio, quæ vocali terminatur, ab altera dictione, à duabus aut tribus consonantibus, incipiente, excipitur, solito Græcorum more, ut Ovid.

Officii caussa pluribus esse dati. Item:
Nil opus est morte, pro me, sed amore, fideq́ȝ.

Hoc ne quis cæsuræ attribuat: sunt & alia exempla.
Catull. *Nulla fuga ratio, nulla spes: omnia tuta.* Item.
Tibull. *Pro segete spicas, pro grege ferte dapem.*

Plerique enim aliter faciunt, Virgil.
Ponite spes sibi quisque.
Ovid. *Vivere spe vidi qui moriturus erat.*
Horat. *Sæpe stylum vertas.*
Horat. *Linquimus insani ridentes præmia scribæ.*
Lucan. *Talem fama canit tumidum super æquora Xerxem.*
Virgil. *In medio apparet fluctu nemorosa Zacynthos.*

Vel cùm particula enclitica, in fine producitur, Ovid.
Fluminaque, montesque & in altas proflua sylvas.

OBSERVATIO.

Si post mutum liquida sequitur, triplex observatio studiose annotanda est.

1. Syllabæ positione longæ breves fiunt ut *Atlas, Progne,* Ovid.
Hercule supposito sidera fulcit Atlas Item:
Ad mandata Prognes, & agit sua vota sub illis

2. Contra, breves syllabæ propter eandem positionem fiunt longæ, ut volucris. Ovid.
Et primo similis volucri, mox vera volucris Eodem pertinent.

Atrides	*Hadria*	*Lugubris*	*Quadrupes*
Cedrus	*Hetruscus*	*Meretrix*	*Supremus*
Cupressus	*Latronis*	*Patris*	*Tenebræ*
Cyclops	*Ludicrus*	*Patroclus*	*Trinacria*

1. Syllabæ vero natura longæ, propter mutam & liquidam, breviari nunquam possunt, ut *matris à mater, atri ab ater, acris ab acer, latro* verbum. Item *ebrius, salubris, lavacrum, compotrix.*

DE DIPHTHONGO.

Diphthongus est duarum vocalium connexio, quæ syllabam natura longam facit, ut *Aurum, Eunuchus, ætas. Oestrum, Thaleia.*

Diphthongus interdum corripitur, idque fit,

1. Vel in compositione, ut *praire, præesse, prabendo,* ut Ovid. 7 Metam.

Quas ubi viderunt praeacutae cuspidis hastas.

Hoc tamen non est perpetuum, ut *Ææa.* Virg.

Infernique lacus Ææaque insula Circes.

2. Vel extra compositionem, Græcorum more, quod tamen apud Latinos est rarius. Virg.

Insulæ Ionio in magno, quas dira Celæno.
Harpyiæque colunt aliæ.

DE REGULA.

Regula est observatio, usu & consuetudine comprobata, raro aut nunquam absque acceptione.

Regulas autem annotabimus sedecim.

I. Contractio longam semper facit syllabam, fitque 1. aspiratione adempta, ut *Nil* pro *nihil*, *Mi* pro *mihi.*

2. Consonantibus obliteratis, ut *Ni* pro *nisi*, in quo sibilus obliteratur. *Quis* pro *quibus*, nisi sit *quis* ex *quiis*. Unde nonnulli scribunt cum circumflexo *Quî*, in marmoribus antiquis cum *I* longa duplicata *quIs*: alii censent cum diphthongo scribendum, *queis.*

3. Vocalibus coalescentibus, ut *Di* pro *Dii*, *Cui* pro *Cuii*. Hujus generis sunt illa de Græcis. Virg.

Ilionei monitu, & multum lacrimantis Iuli.

Item Dido. Ovid.

Forsitan & gravidam Dido scelerate relinquis.

II. Apostrophus syllabam reddit, vel in aliquibus brevem. Ut Virg. 6. Æneid.

Viden' ut geminæ stent vertice cristæ.

Ovid. in Heroid.

Nostin' an occiderint mecum loca.

Vel in nonnullis longam. Horat. in Serm.

Illuc unde abii redeo, nemon' ut avarus.

Virg. 1. Æneid.

Tun' ille Æneas quem Dardanio Anchisæ.

III. Monosyllaba fere producuntur, in nominibus, in pronominibus, in verbis, in adverbiis, in conjunctionibus.

Excipiuntur *Mel. fel:* Item verba, *stat fit*, ut

Virg. ——*positis stat in agmine castris*, Item
Mart. ——*aliter non fit Avite liber.*

Item adverbia: *An, bis, ter, ut*, præpositiones *In, sub*, de quibus mox plura.

IV. Præterita duarum syllabarum priorem producunt, omnia

omnia exceptis sex: *Bibi, dedi, fidi, scidi, steti, tuli,* quod apparet ex compositis, *ebibi, addidi, diffidi, conscidi, astiti, abstuli.* Horat.

——— Diffidit urbium
Portus vir Macedo.

V. Præterita, quæ Græcorum modo augmentum in initio habent, primam corripiunt, & nisi obstet positio, non minus & mediam, ut *Cecidi à cado, fefelli à fallo, pepuli à pello, tetigi à tango,* & antiquum tetuli, ut *Didici à disco, momordi à mordeo, spopondi, totondi, cucurri, pupugi, tutudi à tundo.*

Excipiuntur duo: *Pepedi à pedo, Cæcidi à cædo,* quorum media longa tantum est.

VI. Præterita in *vi* unam syllabam desinentia mediam producunt, ut *spectavi, delevi, agnovi, ambivi.*

VII. Supina duarum syllabarum producuntur.

Excipiuntur novem. *Datum, Ratum, Satum, Citum, Itum, Litum, Quitum, Situm, Rutum.*

Satum anceps fuit apud veteres.

VIII. Tempora verborum, quæ à præsenti veniunt, ejus quantitatem in modis omnibus servant, ut *Lego, Legebam, Lege, legito, Legerem, Legere,* puta omnia prima brevi. Similiter quæ à præterito, ut à *Legi Legeram, Legissem, Legerim, Legero, Legisse,* omnia prima longa.

IX. Voces quædam separatim longæ, in compositione contrahuntur, ut *Diis* in diuturnus. *Quando* in quandoquidem. Huc pertinent *siquidem* in prima syllaba: *Totidem* in media, *Quomodo* in ultima. Item *Dicier, Dominarier,* quæ fiunt accessione figurata. Excipiuntur *Quandocunque, ubique, quandoque:* quæ in compositione quantitatem non mutant.

Tantidem dubium est. Sicut & *Liquefacio.* Ovid.

Thura liquefaciunt. Ubi poëta usitate eam, quæ antepenultimam antecedit, produxit. Nam simplex secundæ est conjugationis, Eam contrario modo corripuit idem auctor.

Sic mea perpetuis liquefiunt pectora curis.

Quam etiam semper corripit Virg. ut 4. Georg.

frigore mella
Cogit hyems, eademq; calor liquefacta remittit.

Hoc præceptum modo observavit Catullus in Hymen.

Alta tepefaciet permista flumina cæde:

Modo, neglexit, ut ad Mallium:

Frigida deserto tepefecit membra cubili.

Quem in postremo secuti iidem Virg. & Ovidius.

X. Nomina propria eandem perpetuo quantitatem non retinent, ut *Sichæus* apud Virgilium. *Pelyon, Pirene* pro monte, *Fidenæ, Curetes, Orion*, apud alios poëtas interdum primam producunt, interdum corripiunt.

Sicanus, & Italus apud Virgilium, *Arabs* apud Propertium primam natura possident brevem: Sed in derivatis, *Sicania, Italia, Arabia*, decedentes de jure suo, eandem producunt, alioquin in carmen hexametrum non venirent. *Cybele* communem habet penultimam: *Oenotria, Apulia, Sidonius, Ionius*, antepenultimam. Huc pertinent nominum propriorum genitivi, ut *Orion Orionis, & Orionis, Syphax Syphacis, & Syphacis.* In his non omnium auctoritas est sequenda, sed probatissimorum præcipuè.

XI. Particulæ illiteratæ nominum numeralium in compositis sunt breves, ut *Bi & Tri*, Hor.

Bimaris ve Corinthi in Mœnia,

Ut Virg. *& forma tricorporis umbræ.*

Excipe Biduum & Triduum.

Item *Tre* ut in nominibus, *Tredecim, Trecenti.*,

Virg. *Expertos belli juvenes, ast Ilua trecentos,*

Item Du, ut *duplex, duplus*.

XII. Variatio significationis variat interdum numerum, ut *Tribula & Tribulus* Virgil.

Tribulaq; Traheaq; pro instrumento rustico Idem,

Lappaq; tribulaq; absint, pro herba & spinæ genere, quæ variato genere etiam spectatur.

XIII. Diminutiva nomina ab origine primitivorum plerunq; discedunt, ut *Mamilla à mamma, quasillus à qualo, tigillum à tigno, ofella ab offa* quæ prima leguntur brevi: *A pugno pugillus, à flabro flabellum*, quæ prima sunt ancipite.

XIV. Patronymica mediam habent dubiam, discretionis gratia, ut in *Belides & Belides*, Ovid.

Surge age Belide, de tot modo fratribus unus.

Ubi loquitur de nepote Beli. Item idem alibi.

Quasq; gerunt humeris porituras Belides undas.

Ubi sermo est de ejusdem neptibus. In primo est *Belides Belide* in masculino: in altero *Belis Belidos* in fœminino.

XV. In verbis desiderativis antepenultima in quibusdam corripitur, ut *Esurio, Parturio*. Horat.

Parturiunt montes, nascetur ridiculus mus.

In quibusdam producitur, ut *scaturio, ligurio*. Idem

Semesos pisces, tepidumque ligurierit jus.

XVI. Verbis aliquibus utraque quantitate poetæ utuntur, ut *rudere*, quod ferarum est. Persius,

Findor, ut Arcadiæ pecuaria rudere credas, At

Virg. *Sera sub nocte rudentum.*

Vibro & flagro priorem fere habent productam, sed illud Catullus in epigrammate, hoc Virg. in Georg. corripit.

His adde *Migro & Fragro.*

DE EXEMPLO.

Exemplum nihil aliud est, quam laudata bene scribentium auctoritas.

Ad exempla comparanda lectione & exercitatione opus est: imprimis autem probanda sunt Virgili, Horatii, Tibulli, Ovidii, Propertii, & qui his similimi sunt. Apud alios autem multa reperiuntur, quæ interdum observatione, quam imitatione sunt digniora, de quibus ad finem admonebimus.

DE PRIMA AC MEDIA SYLLABA *IN GENERE.*

Syllaba prima ac media proprius rationes habent, præter eas, quæ dictæ sunt, quibus dignoscantur.

DE VOCALI ANTE VOCALEM.

Si vocalis vocalem antecedit, syllaba usitatè corripitur, sed id mutatur tribus modis.

I. Imitatione Græcorum, idque vel propter vocales longas; ut in *Aer, Chaon, Brisæis, Ixion, Aones, Herois*; vel propter diphthongos, ut *Ægeon, Medea, Laodamia, Orion, Oreades*, Huc pertinent accusativi illi Ionici, apud Virgil,

Ilionea petit dextra, Idem.

Idomenea ducem regnis cessisse paternis.

II. Consuetudine Latinorum, *Diei, Speciei*, & apud Lucretium in omnibus genitivis & dativis quintæ, quod etiam imitatur poeta Christianus Paulinus, ut

Nuda fides armata Deo est, virtute fidei
Fortior Ezechias.

Item in genitivis pronominum, *Nullius, illius, unius, utrius.* qui sunt natura breves, sed dubii auctoritate, *alius & solius* nunquam breves sunt. *Alterius* vero nunquam est longum, nisi apud Ennium, teste Prisciano. Idem in verbo *fio*, quando litera R vocalem non sequitur, ut *fiam, fiebam.* Nam *fierem & fieri* excipiuntur, quam distinctionem ostendit Ovidius;

Omnia

Omnia jam fient, fieri quæ posse negabam.

Idem fit interjectionibus, ut *Ohe, Eheu.*

III. Usu Poetarum, ut apud antiquos in resolutione diphthongi, Ennius apud Persium.

Lunai portum est operæ cognoscere cives, Idem Virg.

Exercet Diana choros ,Item.

Hinc atque hinc glomerantur Oreades.

Sed utrumque est figuratum, ut & illa sunt, *Rhea* pro sacerdote, *Malea* pro promontorio. Simpliciter enim solent corripi, interpositione verò vocalis produci.

DE DERIVATIONE.

Derivata sequuntur quantitatem primitivorum suorum, ut *Curare* verbũ primã habet longam, à nomine *Cura*, teste Ovid.

Cura quid expediat, prior est, quam quid sit honestum.

Pecunia primam corripit, venit enim à pecu vel pecore. Hor.

Et genus & formam regina pecunia donat.

Hæc autem regula variat rationibus contrariis. Interdũ enim

I. A brevibus dictionibus fiunt derivationes longæ, ut à *penu penuria*, *à ferus feralis*, *à macer maceror*, *à fruendo fruges*, *à cado casus*, *à moveo mobilis*, *à baculo imbecillus*, *à lino litera*, *à sedeo sedes*, *à nare natare*, *à statuum staturus*, *ab homo humanus*, *à quater quatuor*, *à novem nonus*, *à secus secius*, *à Cerere ceritus*, *à Chio* insula *Chius* adjectivum.

Horat.

Roma laudatur Samos, & Chios; & Rhodos absens.

Item Tibul.

——— *Veteres proferte falernos,*

Consulis, & Chio solvite vincla cado.

Sed fieri id minus mirum in verborum præteritis: ut à *gigno genus*, *à possum potui* & similibus.

II. A longis dictionibus, existunt derivationes breves, ut à *sopio sopor*, *à dicere dicax*, Item *maledicus*, *fatidicus*, & similia ab *ire iturus*, *à vitare vitium*, ab *odisse odium*, *à stare statio & stabilis*, *à pene penitus*, *à mole molestus*, *à differo disertus*, *à fidere fides*, *à fari fatuus & affatim*, *à sagio sagax*, & *luceo lucerna*, *à nubo pronubus*, *à strideo striges.*

Huc pertinent diminutiva quædam, de quibus suprà.

III. A brevibus atque longis inveniuntur derivationes multiplices, ut *quotidie* à *quoto die*, primam apud Catullum producit, apud Martialem vero corripitur; alteram sylla-

bam

bam producit apud Terentium, corripit autem apud Catullum. *Vietum* à *Vievi* regulariter penultimam producit, ut apud Lucretium: contra eandem corripit apud Comicos & Horatium. à *stare status* priore brevi apud Horatium: eadem longa apud Terentium, à *temetum abstemius*, antepenultima longa Ov.

Vina fugit gaudetq; meris abstemius undis.

Ab eodem *temulentus*, utraque brevi in initio. Terent.

Perii temulenta es, utinam sic sint, qui mi male volunt.

Quando in *quandoque* longa est, at in *quandoquidem* brevis. A *nubo connubium*, antepenltimam longam habet origine; brevem auctoritate. Plura si volunt colligent studiosi, hæc admonendi studio apposuimus.

IV. A diversis dictionibus sed inter se similibus sunt derivationes indifferentes, ut *liquidus* à deponente verbo *liquor*, primam producit; sed à neutro *liqueo* eandem corripit, manifesto Lucretii testimonio, lib. 4

Crassaq; conveniant liquidis, & liquida crassis.

V. Huc referri potest, quod de personis pluralibus modi conjunctivi dicitur temporum præteriti & futuri. Nam discriminis gratia produci futurum volunt. Catul.

Dein cum millia multa fecerimus. Ovid.

Et maris Ionii transieritis aquas.

Eadem syllaba in præteritis corripitur.

Hæc ubi dixeritis servet sua dona, rogate

DE SYLLABARUM QUANTITATE IN SPECIE.

De prima Syllaba.

Prima syllaba cognitionem singularem triplicem habet.

De Præpositione,

Præpositionum aliæ in compositione sunt

Breves, ut Ab, Ad, In, Ob, Per, sub, & inseparabilis RE, quæ longa fit, vel differentiæ caussa, ut *Refert* pro utile est, vel figuræ, ut *Recido.* Ovid.

In quem recidimus, quicquid mortale creamur.

Idem Reduco. Ovid.

Dii tibi dent capta classem reducere Troja.

Aliæ sunt longæ, ut A, E, De, O, Pro, & inseparabiles Di, Co, Se, Hæ vero mutantur dupliciter.

1. Vocali ante vocalem, ut *Deamo, dehisco.*

Item *Coactus, Seorsum.*

2. Usu auctorum, ut *omitto*, prima brevi. Horat.

Pleraque differas & præsens in tempus omittat.

Di corripitur in verbo *Dirimo* in nomine *Disertus.*

Pro in multis est anceps, ut in *Procurro, profundo, propello,* Lucr.

Parvula caussa

Est satis, à tergo quæ provehat, atque propellat.

Corripitur in certis nominibus, ut *Procella, profastus, profugus, profundus, pronepos, protervus, propago,* pro genere, *propola, pro* mercatore.

Item in verbis, ut *Proficiscor, profiteor, profano, propino.*

Item in adverbiis, ut *Proinde, profecto.*

DE COMPOSITIONE.

Compositio est, cum orationis pars simplex cum alia conjungitur, & ex compositi accentu quantitas judicatur, ut *Decus, dedecus, Ego, egomet, Fero, perfero, quidem siquidem*, correpta penultima. Rursus, *clarus, præclarus, duro, obduro, quando, quandoque, mirum, permirum,* penultima producta.

DE RESOLUTIONE.

Resolutio est cõpositioni contraria, cũ vox aliqua reducitur ad simpliices, & ex litera finali apparet quãtitas; ut *Utinã & quoties,* primas habent breves, *quia, ut & quot* corripiuntur *Sicubi & Quinetiã* primas producũt, quia *Sic & Quin* longa existũt. Quædam excipiuntur, ut *Diu & Diuturnus,* de quib⁹ supra in regulis.

DE MEDIA SYLLABA.

Media syllaba speciatim, non satis facilem & explicatam cognitionem obtinet. Cognoscitur modii duobus, accentu & diminutione quibus utrisque syllaba anceps & incerta est.

DE ACCENTU.

Accentus est depressio aut elevatio syllabæ.

Adhibetur accẽtus in nulla alia syllaba, quã in penultima, quę vel deprimẽdo corripitur, vel elevãdo producitur, ut *facilis, prodigus, discere, docere:* In cognoscenda penultima, ne quis similitudine fallatur, consideranda in vocalibus sunt hæc septem.

1. Natura, quæ se statim offert in casu rectos ut mediam productam habent hæc sequentia: *Hastile, erica, tibicen, petitor, Briseis, Getulus, Insuber.* Correptam vero eandem obtinet, *missile, manica, tubicen, fidicen, institor, Nereus, Rutulus,* Uluber.

In propriis Græca producuntur, *Thrasybulus, Andronicus, Beronice.* Latina corripiuntur, *Atabulus* pro vento, *Hernicus,* gẽtile.

2. Quantitas quæ ex obliquorum regulis disci debet, quæ usu observantur, ut *Iber Iberis, Brito Britonis, calcar calcaris, ferox ferocis, calor, caloris, radix radicis,* media efferuntur longa,

Contra vero *æther ætheris*, *Myrmido Myrmidonis*, *jubar jubaris*, *præcox præcocis*, *frigus frigoris*, *calix calicis*, eadem brevi pronuntiantur. Mediam in genitivis naturam habent quædam nomina propria, de quibus in generalibus regula decima dictum est.

3. Analogia, quæ nominum diversorum est æqualitas propter similitudinem derivationis: ut quemadmodum mediç producuntur in *loquela*, *vinosus*, *alumen*: similiter in *medela*, *generosus*, *bitumen*. Et ut ante penultima brevis est in monumentum, ita quoq; in documentum Hæc enim si ortum spectes, sub eandem rationem cadunt.

4. Deductio, quæ est aut certorum nominum, & tantummodo adjectivorum: nam quæ à nominibus substantivis rerum animatarum descendunt, producunt penultimam, ut *mustelinus murinus*, *porcinus*, *anserinus*, *equinus*, *à mustela*, *mure*, *porco*, *ansere*, *equo*. Huc pertinent *mediastinus*, *clandestinus*, *festinus*. Quæ autem veniunt à nominibus rerum non animatarum, eandem corripiunt, ut *crystallinus*, *adamantinus*, *coccinus*, *janthinus*, *crocinus*, *faginus*, *crupressinus*. Temporis vero dubia sunt. Quædam enim sunt longa, ut *matutinus*, *vespertinus*, quædam correpta, ut *crastinus*, *serotinus*.

Aut est certorum verborum in prima conjugatione, quorum aliqua producuntur quæ actionem absolutam habent, ut *festino*, *inclino*, *propino*. Aliqua corripiuntur, quorum actio ad aliud refertur, ut *inquino*, *contamino*, *destino*, *prædestino*.

5. Etymologia, seu dictionis origo, quæ est omnium tam nominum, quam verborum, eaq; solent investigari vel ex parte orationis, ut *Exilis*, nomen, & *Exilis* verbum, quod enim nomen est producitur, Lucan. lib 4.

Glebis exilis Arisbæ.

Quod autem verbum, corripitur. Horat.

Utcunq; fortis exilis puerpera, Jamb. trimet. vel investigatur ex variis partium accidentibus, ut *decoris* à *decus* Virg. 5. Æneid.

Oblitus decorisq; sui, sociumq; salutis,

Decoris à decor. Idem.

Divini signa decoris.

Item *parére* pro *obtemperare*, Tibul. lib. I.

Longa dies homini docuit parere leones.

At *parere*, pro *eniti*. Terent. in Andr.

Hanc simulant parere, quo Chremetem absterreant.

Versus est Jamb. trimet.

Hanc differentiam pulcrè uno versu ostendit Alcimus.

Qui cum passurus ligno sublimis in alto
Penderet, nexusq; & culpas penderet orbis.

Item cecidi à cado. Martial.

Et cecidit sanctis hostia parva focis.

Cecidi à cædo. Ovid.

Silva frequens trabibus, quam nulla ceciderat ætas.

6. Significatio, ut oblitus ab obliviscor, media longa. Virg. *Nunc oblita mihi tot carmina.*

Oblitus ab oblinor media brevi: Tibull.

Oblitus & musto feriet pede rusticus uvas,

Item in propago, alia est significatio nominis hujus cum Virg. canit, *Gaudet propagine vites*

Alia rursus hoc versu.

Nimium vobis Romana propago
Visa potens Superi.

Primum enim de plantis dicitur, alterum de hominibus. Valet hæc eadem in primis syllabis, Ovidio canente,

At quodam vile fuistis acer.

Loquitur enim de arbore. Cum vero idem de equo.

Acer & ad palmæ per se cursurus honores,

Aperta syllabæ est differentia. Apud eundem.

Verba puellarum foliis leviora caducis.

Quid leve sit, est notissimum. At apud Tibullum.

Carior est auro juvenis, cui levia fulgent ora.

7. Usus auctorum. Nomina quædam habent indifferentem penultimam. Catull.

Mucusq; & mala pituita nasi, Phal. Pers.
Somnia pituitæ qui purgatissima mittunt.

Interim tamen meliorum semper prævalet auctoritas.

DE DIMINUTIONE.

Diminutio est propriè aliquot syllabarum de fine ademtio, donec ad res perveniatur, è quibus correptio, vel mora accentu intelligitur. Tibull.

Divitias alius fulvo sibi congerat auro.

In voce *divitias* sublata una de fine syllaba, ex eo quod reliquum est, antepenultima ejus dictionis apparet brevis.

Item in voce *confidentissimus*: Virgil.

Nam quis te juvenum confidentissime nostras
Jussit adire domos?

Detractis de fine ejus tribus syllabis, restat confidens, quod mediam natura & accentu producit.

Interdum quoque aliquid de initio detrahitur, ut de relicto simplici nomine, deinceps etiam, quod necesse est, ad quantitatis scientiam tollatur, Juvenal.

Intolerabilius nihil est, quam fœmina dives.

In prima voce, præpositio initialis demitur, remanentibus sex syllabis, de quibus si detrahas tres finales, relinquitur *tolera* trium syllabarum, quod mediam habere contractam indicat accentus.

DE ULTIMA SYLLABA.

Ultimæ syllabæ terminantur, aut literis vocalibus, quæ omnes apud Latinos, *u* sola excepta, dubiæ existunt, aut consonantibus, de quibus deinceps agemus.

Terminatio vocalis.

A

In A desinentia corripiuntur, quales sunt nominativi & vocativi singulares primę declinationis fœminini, ut *Musa ô Musa* Itē nominativi, accusativi, vocativi plurales neutrorū ut *scamna sedilia acria, cornua*, sive sint nomina, pronomina aut participia.

Corripiūtur quoq; accusativi, Græci ut *Phyllida, Agamēnona.* Virg. Eclog. 3. *Phyllida mitto mihi, meus est natalis Iola.*

Item Horat. *Vixere fortes ante Agamemnona.*

Item Virg. *At non sic Phrygius penetrat Lacedemona pastor.*

Producuntur ablativi primæ declinationis ad differentiam nominativi, teste Ovidio 1 Metam.

Maxima pars unda rapitur, quibus unda pepercit.

Item numeralia in *ginta* sunt longa Virg.

Triginta capitum fœtus enixa jacebit.

Sic quoque imperativi primæ conjugationis producuntur, ut Tibull. *Tu modo semper ama, salva puella tibi est.*

Producūtur quoq;, *Mna, præterea, interea, postea, antea, cōtra, ultra.*

Vocativi autem Græci primæ declinationis masculini, quidam producūtur, ut *Ænea, Anchisa, Theutra.* Quidē breviantur. Tibullo *Gavisus Atrida triumpho.*

Item Ovid. *Fecerunt furiæ tristis Oresta tua.*

E FINALE.

In E terminata corripiuntur, ut *amare, docere, legere, audire, domine, Ganymede Achille, cubile, mare.*

Producuntur nominativi & ablativi, imo & dativi, & vocativi primæ declinationis fœminina, ut *Penelope,* quanquam & dativi & vocativi & ablativi masculini primæ, ut *Anchise, Letare.*

Produ-

Producnntur & ablativi quintæ, ut *ſpecie, rabie, re.*
Ovid. *Ventorum rabie ſolibus orba tument.*
Virg. *Pro re pauca loquar.*

Producuntur & indeclinabilia, ut *Cete, Tempe,* Sicut & adverbia, *hodie, pridie, poſtridie, quotidie, quare, fere, ferme.* Item & imperativi ſecundæ conjugationis, ut *doce, mone, mane.*

Longa ſunt & adverbia ab adjectivis in us derivata, ut *docte, pulcre, recte, ſcite,* ſicut & ſuperlativi, ut *doctiſſime, pulcerrime.* Sed *bene, male, mage,* corripiuntur.

Corripiuntur quoque adverbia ab adjectivis in es, ut *facile.* Brevia ſunt & *pene, rite, ſæpe, nempe, quippe.* Ejusdem naturæ ſunt & encliticæ conjunctiones, ut *que, ne, ve,* ſunt & ſyllabicæ adjectiones, ut *hujuſce, tuapte, tute,* Propert.

Nullo præmiſſo, de rebus tute loquaris.

I FINALE.

In I finita longa exiſtunt, ut *domini, homini, amavi, docui, legi, audivi, fieri, amari, doceri, audiri.*

Corripiuntur vocativi Græci tertiæ declinationis, ut *Alexi, Amarylli, Phylli, Pari,* Virg.

O crudelis Alexi, nihil mea carmina curas. Idem
Mirabar, quid mœſta Deos Amarilli vocares.

Ovid. *Phylli fac exſpectes Demophoonta tuum,*
Idem *Bella gerant alii, tu Pari ſemper ama.*

Corripiuntur quoqne interdum dativi tertiæ Græci, ut *Palladi, Minoidi.*

Communia ſunt, *mihi, tibi, ſibi, cui, niſi, quaſi, ubi, ibi.* Inter quæ *quaſi* rectiùs corripitur. Sed compoſita *ubiq; & ibidem* producuntur.

O FINALE.

In O deſinentia ſunt communia, tam maſculia quam fœminina, tam verba quam nomina, ut *Cato, leo, viro, libido, cupido, amo, lego, audio, amato, doceto.*

Producuntur dativi & ablativi ſecundæ declinationis, ut *domino, puero, pulcro,* Item *pondo* indeclinabile.

Producuntur & Monoſyllaba, *Do, ſto, pro.*

Item adverbia, *merito, falſo, tanto, quanto, ideo, adeo*: Sic quoque *ergo* pro cauſſa. *Modo* pro ſolum breviatur.

Variantur *cito, ſedulo, mutuo, crebro, ſero.*

Item *poſtmodo, quomodo* communia ſunt.

Producuntur Græca in O, habentia genitivum in us, ut *Dido, Sappho, Argo, Clio, Clotho, Hero,*

Gerun-

Gerundia in Do, natura sunt longa, sed usu brevia, ut

Tibull. *Aufer & ipse meum pariter medicando dolorem,*

Juvenal *Plurimus hic ager moritur vigilando, sed illum.*

Prudent. *In eundo, experiendo, flando, infundendo.*

Luctando, stomachando, vivendo.

Senec. *In Lugendo*, & passim.

Nemesian *In laudando, mulcendo*, vide exempla.

Seren. *Sæpe sibi noxæ nimium manando fuerunt.*

Producuntur tantum genitivi in O, ut *Androgeos*, *Androgeo*, *Apollo*, Virg.

In foribus lethum Androgeo, tum pendere pœnas.

U FINALE.

In U terminantia producuntur, ut *cornu, veru, genu, Jesu, manu, anu, acu, tu.* Virg.

Tuq; ô Tibri, tu ô genitor, cum flumine sancto.

Hic, *tu ô*, imitatione Græcorum dictum est nimirum ut sequente vocali syllaba longa *tu* corripiatur. Quanquam sint, qui *tuo* ablativum esse velint.

Y FINALIS.

Y vocalis græca corripitur in fine posita, ut *Moly.*

Ovid. *Moly vocant superi, nigra radice tenetur.*

TERMINATIO CONSONANTIS.

B.

B Latina corripiuntur, ut *sub, ab, ob.*

Hebræa producuntur, ut *Job, Aminadab, Jacob, Raab.*

C.

C producuntur, ut *Dic, Duc, Sic, & Hic* adverbium, & *Lac.*

Corripiuntur, *Nec, Donec.*

Communia sunt, *Hic* pronomen, & *fac* verbum.

D.

D Latina corripiuntur, ut *Ad, apud, Bogud.*

L.

L Corripiuntur, ut *Mel, fel, Annibal, Hasdrubal, Hiempsal, nihil*

Producuntur *Sol, Sal, Nil*, Nec non peregrina *Michael, Daniel, Micol, Raphael, Israel, Ismael, Tanaquil*, longa.

M.

M corripitur si non elidatur, sicut apud comicos fit, & Lucr.

Nam quod fluvidum est è levibus atque rotundis. Apparet quoque in compositis: Ovid.

More lupi clausas circumeuntis oves.

Mart. *Circumagi quendam volo visere, non tibi notum.*

N.

N finale producitur, ut *splen, ren, lien, quin, sin, en, non.* Sicut & nominativi Græci variarum terminationum, ut *Titan, Pan, Paan, Hymen, Syron, Attagen, Træzen, Salamin, Delphin, Pandion, Ixion, Actaon, Trachyn, Phorcyn.* Non minùs & accusativi in *An* & *En* Græci, ut *Pythagoran Anytiq; rerum.* Hor.

Qui legis Electran & egentem mentis Oresten. Ovid.

Andromeden alius spectet, claramq; coronam. Idem.

Quanquam & accusativi in *An* Grçci fœminini corripiantur. Ovid. *Majan & Electran Taygetamq; Jovi.*

Corripiuntur voces, *An, In, dein, exin, subin, proin, tamen, attamen, forsan, forsitan, viden', egon*, per apocopen.

Breves quoque sunt accusativi in *on, in & yn* græci.

Ovid. *Achelon & Inachon amnes.*

Proper. *Thyrsin & attritis Daphnin arundinibus.*

Corripiuntur quoque nominativi in *en*, habentes genitivum in *inis*, ut *pecten, crimen, fulmen, lumen, numen, stamen, semen, pollen.* Sicut & in *on* secundæ declinationis, ut *colon, Ilion, Pelion.*

R.

In R latina brevia sunt, ut *cæsar, carcer, mulier, pater, mater, frater, soror, levir, vultur, fulgur*, & similia.

Producuntur *par, impar, dispar, compar, cur, far, lar, fur, Nar.* Itē *aer, æther, crater, character, clyster, stater, spinter, Iber*, & quæcunque genitivum in eris penultima longa adaugent, sicut & *ver.* Virg.

Hic ver assiduum, atq; alienis messibus æstas.

Variantur *Celtiber, Vir & cor.* Virg.

Hic vir hic est, tibi quem promitti sæpius audis.

Ovid. *De grege nunc tibi vir, & de grege natus habendus.*

Cor Ovid. *Molle meum levibus cor est penetrabile telis.*

Ovid. *Confiteor misera molle cor esse mihi.*

A S.

A S Latina producuntur omnia, tam singularis; quam pluralis numeri, ut *bonitas, majestas, bonas, deas, foras, legas, audias.*

Corripiuntur nominativi tertiæ declinationis, formantes genitivū in adis aut ados, ut *Pallas, Arcas, Cyclas, Pleias, Ilias, Pythias*

Ovid. *Quatuor autumnos Pleias orta facit.*

Breves sunt & accusativi plurales Græci. Ovid.

Et plures illic Hectoras esse puta,

E S.

In E S producuntur, ut *Anchises, Dares, dies; fides; fames; abies; aries,*

aries, Ceres, paries, pes, merces, lebes, heres. Item pluralia eorundem.

Corripiuntur crescentia in itis aut etis, ut *miles, termes, palmes seges.* Ovid.

Et rudis ad partus, & nova miles eram. Item.
Fertilior seges est alieno semper in agro, Item.
Præpes adunca Jovis.

Brevis est terminatio Græca. Ovid.

Hic Curetes habent, hic Corybantes opus. Idem.
Occurrent longo tibi Troades agmine matres.

Juvenal. Satyr. 7. *Tenet insanabile multos*
Scribendi cacoëthes, & ægro in corde senescit.

I S.

In IS finita corripiuntur, ut *cinis, legis* verbum & nomen, *discis, legitis, auditis, audistis, audieritis.*

Producuntur *Ignis & sanguis*, ut quidam volunt, vel potiùs communia sunt. Sic enim Horat. longam ponit.

Uret Achaicus ignis Iliacas domos. Item Tibul.
Quicquid agis, sanguis est tamen iste tuus.

Idem Horatius, alibi brevem facit, ubi canit:

Impositam celer ignis Ætnam.

Ita quoque in voce *sanguis* facit Virgil.

Sanguis hebet frigentq; effœta in corpore vires,

Producuntur autem dativi & ablativi pluralis numeri tam primæ quam secundæ, ut *Musis, pueris, dominis, nobis, vobis.*

Item *Queis* pro *quibus.* Virg. *Queis ante ora patrum.* de quo suprà in regulis generalibus.

Producuntur quoque nomina tertiæ declinationis in *is*, quæ penultima longa, genitivum faciunt crescentem, in itis, vel inis, vel entis, vel iris, qualia sunt *Lis, Dis, Samnis, Salamis, Simois, Pyrois, Glis*, item *vis* tam verbum, quam nomen cum derivatis, ut *sis* pro *si vis, utervis, quivis, quamvis* item adverbium *foris.*

Producuntur quoque personæ secundæ singulares sive præsentis indicativi, sive futuri conjunctivi modi, quæ in itis longum pluralem faciunt, ut *Abis, Adsis, sentis, sis, transis, Audis, Velis, Possis, Dederis,* Ovid.

Da mihi te placidum, dederis in carmina vires. Idem.
Credula si fueris, aliæ tua gaudia carpent.

Quamvis & alibi brevia inveniantur. Hor.

Integer est animi, ne dixeris, ergo ubi parva. Juvn.

Accipit endromidem, si dixeris æstuo, sudat.

O S

In O S producuntur, ut *Bos, flos, ros, glos, mos, dos, nepos, pueros, dominos.* Sicut, & *os oris.*

Os homini sublime dedit, cœlumq; videre.

Corripiuntur *os ossis*, sicut & *exos.* Itē *compos, impos.* Item genitivi tertiæ, ut *Pallados, Tideos, Thetyos, Thetidos* Breves quoq; sunt nominativi in *os*, græca, ut *Samos, Ios, Argos, Delos, Chaos, Melos, Tenedos, Synodos.* Sed Attica producũtur, ut *Athos, Androgeos,* Ov.

Viveret Androgeos utinam, nec facta luisset.

V S.

In V S brevia sunt, ut *servus, tempus, Venus, legitimus, damus, dentibus, manus, manibus,*

Licenter producta inveniuntur, *fultus, fatigamus, genus, ingenuus, profugus, succus.*

Producuntur monosyllaba, *Rus, thus, ius, pus, plus, grus, sus.* Item genitivi tertiæ declinationis, *Clius, Didus, Clothus.*

Sic quoque genitivi quartæ, nec non nominativi & accusativi plures ejusdem: ut *manus: visus, census.*

Longi sunt & nominativi singulares facientes genitivum in uris, & udis, & utis, ut *Tellus, salus, virtus, Palus, paludis,* quod tamen breve ponit Horat.

Regis opus sterilisq; diu palus, aptaque remis.

Producuntur & illa quorũ genitivi exeunt in untis, ut *Cerasus Cerasuntis, Opus Opuntis, Hydrus Hydruntis, Amathus Amathuntis.*

Longa quoque sunt genitivum in odis habentia, ut *Melampus, Sciotus, Oedipus.*

Ejusdem ordinis sunt, habentia vocativum in u, ut *Panthus, Panthu* Itē *Jesus Jesu*, Domini nostri Salvatoris Filii Dei nomen.

Y S.

In Y S peregrina corripiuntur, ut *Capys, Libys, Chelys, Thetys* pro uxore Oceani variatur. Virg.

Teq; sibi generum Tethys emat omnibus undis, Ovid.

Tethys & extremo sæpe relicta vado.

T.

In T desinentia corripiuntur, ut *caput, capit, legit, audit.*

Producitur tamen collisionis vi aut per syncopen, ut *famat* pro *famavit, obiit* pro *obivit & obit* pro *obiit.*

Juven. *Magnus civis obit, & formidatus Othoni.*

Ovid. *Non adiit apte, nec legit idonea credo Tempora.*

Ovid. *Et petiit herba fertilioris opem.*

Produ-

Produci quoque videmus in *Aberat, abit, abiit, nescit, perit, periit, petit, petiit, perrupit, redit, rediit, subiit, timet.*

OBSERVATIO.

A communibus regulis si quid diversum apud antiquos poëtas invenitur, quamvis auctoritatem habeat, non omni tamen in loco imitandum, sed observationibus eruditorum est reservandum. in nomine *Euripus*, cum ponitur pro *freto*, ut apud Lucanum, Senecam, Silium, Val. Flac. Ausonium, item cum pro *aquaductu*, ut Cicero exponit, ut apud Ovid.

Stagnaq; & Euripi, virgineusq; liquor,

producit, ut apparet, penultimam, quam tamen Boethius, brevem ponendo, primus luxavit.

Similiter in nomine *Edonius*, antepenultimam producunt Virg. Hor. Ovidius, quos ego imitari malim, quam aut Lucanum aut silium qui eandem corripiunt. cùm ille Thraciæ populus sit ἠδῶνοι.

Ecclesiastici Poetæ *idolum & paraclitus*, εἴδωλον καὶ παράκλητος, in penultimis contra naturam contrahunt sed id dederunt consuetudini vulgi canentis, ne quid dissonum in tēplis audiretur.

Hæc duo nomina *voluptas & venustas*, ante pt & st literas corripi apud Comicos certum est, Græcorum exemplo sicut & alia quædam cum ante easdem literas, tum ante sc, mn, gn, em, atque similes, ut in explicationibus Terentianis Comicorum & Epicorum exemplis probavimus. In priori nomine *voluptas*, metri gratia, nonnulli elidunt vocales, Camerarius o, ut sit *vluptas*, Erasmus u, ut sit *volptas*, Alij elidunt consonantes, Glareanus ut sit *volutas*. Alciatus vero t, ut sit *volupas*. Id ipsorum auctoritati & judiciis relinquo.

Talia sunt *fieri* prima longa, *Suspicio*, longa antepenultima; *Abi, Redi*, ultimis brevib. apud eosdem Comicos præter usitatum aliorum poetarum morem. Sed hæc satis.

DE PEDIBUS.

Ad carminis compositionē aut dijudicationem opus est pedū atq; locorum in primis notitia. Pes est apta & conveniens syllabarum cōpositio. Locus (alias regio dictus) est pedis positus aut collocatio. Loci distinguuntur secundū æqualitatē, & inæqualitatē: ut locus secūdus, quart⁹, sextus, octavus ęquales sunt. Primus, tertius, quintus, septimus inæquales, & sic de cæteris. Pedes censentur syllabarum quantitate & quidē primum numero earundem, alii enim duas, alii tres, alii quatuor aut plures syllabas habent. Deinde correptione & productione earundem, alii enim

ex brevibus aut longis: aut iisdem inter se mistis conficiuntur.

Pedes quorũ in carmine usus esse solet, alii sunt simplices, alii cõpositi: simplices quidem alii duarum syllabarum, & quidẽ n. 4.

Spondeus ex duabus longis ut *vindex*.
Pyrrhichius ex duabus brevibus ut *Deus*.
Jambus ex brevi & longa ut *Mali*.
Trochæus ex longa & brevi ut *omnis*.

Alii syllabarum trium, etiam nu. 4.

Dactylus ex longa & duabus brevibus ut *pectore*.
Anapæstus ex duabus brevibus & longa ut *vacuas*.
Molossus ex tribus longis ut *virtutes*.
Tribrachys ex tribus brevibus ut *bibere*.

Quibus & alii 4. adduntur.

Bacchius ex brevi & duabus longis ut *honestas*.
Antibacchius ex duabus longis & brevi ut *audire*.
Amphimacer ex brevi inter duas longas ut *Trinitas*.
Amphibrachys ex longis inter duas breves ut *videre*.

Ex simplicibus alii pedes compositi surgunt.

Dispondeus ex duobus spondeis ut *Mæcenates*.
Proceleusmaticus ex duobus pyrrichiis ut *Ariete*.
Dichoræus seu ditrochæus, ex duobus trochæis ut *Cantilena*.
Choriambus ex trochæo & jambo ut *Nobilitas*.
Antispastus ex jambo & trochæo ut *amatore*.
Dijambus ex duobus jambis ut *propinquitas*.
Pæon primus ex trochæo & pyrrhichio ut *multivolus*.
Pæon secundus ex jambo & pyrrhichio ut *Colonia*.
Pæon tertius ex pyrrhichio & trochæo ut *Alienus*.
Pæon quartus ex pyrrhichio & jambo ut *celeritas*.
Epitritus primus ex jambo & spondeo ut *amaverunt*.
Epitritus secundus ex trochæo & spondeo ut *Cantilenas*.
Epitritus tertius ex spondeo & jambo ut *discordias*.
Epitritus quartus ex spondeo & trochæo ut *audivistis*.
Ionicus à minori ex spondeo & pyrrhichio ut *præconia*.
Ionicus à majori ex pyrrhichio & spondeo ut *Diomedes*.

Ex his certa lege juncti versus omnis generis fiunt.

DE USITATISSIMIS VERSUUM GENERIBUS.

HEXAMETRUM.

Hexameter versus, quem Cicero longum vocat, loca habet sex, pedes autem binos, Spondeum & Dactylum. In quatuor locis prioribus sine differentia collocatur spondeus & dactylus, in quinto solus dactylus, in sexto spondeus.

Longa dies homini docuit parere leones.

PENTAMETRUM.

Pentameter versus loca habet pauciora sed pedes eosdem. In primo & secundo indifferenter assumit spondeum & dactylum remanente syllaba longa: In tertio & quarto solos dactylos, remanente iterum syllaba longa.

Tar-

Tardius aut propius mors sua quemq; manet.

Quintilianus testatur, veteres finem pentametri, per anapæstos mensos esse, sed nos vulgari consuetudini insistimus. Fit autem hexametro junctis carmen Elegiacum, quod omnium scriptis est usitatissimum.

IAMBICVM.

Iambicum trimetrum seu senarium pedes habet jambum, & spondeum, sed hunc puta spondeum, locis imparibus primo, tertio, quinto, tantum admittit. Iambum vero paribus secundo, quarto, sexto, postulat. Optimum est, quod ex Iambis puris constat: illi proximũ, quod spondeos Iambis alternatim admistos habet qualia sunt,

Suis & ipsa Roma viribus ruit. Item.

Nam sera non est ad bonos mores via.

Sublatis duobus pedibus trimetro, fit dimetrum, jambicum alias quaternarium Latinis vocatum, cujus multus hymnis usus Ecclesiasticis, exempli gratia.

Te mane laudum carmine,

Te deprecabor vesperi.

TROCHAICUM octonarium.

Trochaicum octonarium constat locis septem, cum syllaba superflua. Habet autem pedes duos trochæum & spondeum, trochæum quidem locis omnibus, spondeum paribus tantum, secundo, quarto, sexto, ut.

Ipse jussit atque creata; dixit ipse, & facta sunt,

Terra, cœlum, fossa ponti, trina rerum machina.

ASCLEPIADEVM seu Choriambicum.

Asclepiadeum primo loco accipit spondeum, secundo dactylum, remanente syllaba longa, tertio & quarto dactylum. Qui per choriambos metiuntur, à quibus & proprium nomen capit, rectius quidem illi, sed hoc in incipientibus facilius. Fit igitur huncin modum.

Pastor cùm traheret per freta navibus.

PHALECIVM.

Phalæcium seu hendecasyllabum loca quinque, pedes tres habet. Primo spondeum, secundo dactylum, tribus reliquis trochæum, ut;

Nobis cùm semel occidit brevis lux.

In hoc genere Catullus subinde licentia abutitur, primo loco (præter spondeum) & trochæum & iambum ponendo

ficut & in fecundo, pro dactylo nonnunquam fpondeum fubftituit, quod imitandum non eft.

SAPPHICUM.

Sapphicum quod & ipfum hendecafyllabum non immeritò dici poffit certos & immutabiles retinet pedes in omnibus quinque locis. primo trochæum, fecundo fpondeum, tertio dactylum, extremis duobus trochæum. Rarò ponitur abfque dimetro Adonico, è dactylo & fpondeo conftante.

Otium, & reges prius, & beatas
perdidit urbes.

ANACREONTICVM,

Anacreonteum feu heptafyllabum, habet loca tria. & fyllabam unam: pedes habet ufitatos duos, jambum & fpondeum, loco primo ponitur jambus vel fpondeus, & hujus refolutione interdum anapæftus, reliquis folus jambus, ut.

Sat eft quiete dulci
Feffum fovere corpus.

ARISTOPHANICUM, feu Anapefticum.

Ariftophanicum anapæfticum, quo in choris Tragici utuntur: loca habet quatuor, pedes tres, anapæftum, dactylum, fpondeum: qui pedes in locis omnibus indifferenter ponuntur.

Cuftos fequitur mala paupertas.
Vitioq; potens regnat adulter

ALCAICVM,

Alcaicum ab Alcæo inventore dictum, habet locos quinque, primo quidem fpondeum vel Jambum, fecundo jambum folum, tertio fyllabam longam, ut cæfuram, quarto & quinto dactylos, vel quinto amphimacrum, quale eft.

Vides ut alta ftet nive candidum
Soracte, nec jam fuftineant onus.

GLYCONICVM,

Glyconicum à Glycone inventore, tres habet locos, primo quidem fpondeum, fecundo choriambum, tertio pyrrichium vel jambum, ut

Sic te diva potens Cypri,
Ventorumq; regat pater.

Sunt quidem & alia carminum genera. Sed ifta funt ufitatiora. De quibus dixiffe fufficiat ad exempla hoc libro allegata dignofcenda.

HENRI-

HENRICI SMETII A LEDA, ALOSTANI MEDIC. DOCTORIS

PROSODIA

SYLLABARUM, QUÆ POSITIONE AUT diphthongis carent, quantitates nuda veterum poëtarum auctoritate, adductis exemplis demonstrans.

A	*A Te principium, tibi desinet, accipe jussis,*	Virg.
Aaron	*Sacricolæ summi, summus nã fertur Aaron*	Prud.
	Hic Aaron est virga crucis, quæ germina ꝓfert,	Tertul.
ab	*Non gemere aëria cessabit turtur ab ulmo,*	Virg.
abactus, a, um	——*Medio jam noctis abacta,*	idem
Abacuc	*Quas messoribus* Abacuc *propheta,* Phal.	Prud.
abaci	*Ornamentum abaci, nec non & parvulus infra,*	Juvl.
abaco	*Nec qui abaco numeros et secto in pulvere metas*	Persius
abalieno	*Abalienarit quo ex te argẽtum acceperit.* Jamb.	Plaut.
abamita	Vide ab & amita,	
Abantiades	*Solus* Abantiades *ab origine cretus eadem,*	Ovid.
Abaris	*Caucaseũq; Abarim, Sperchesiadémq; Lycatũ,*	idem
Abas	*Et qua vectus* Abas, *& qua grandævus* Alethes,	Virg.
Abatos	*Hic* Abatos, *quã nostra vocat verendã vetustas*	Lucan.
Abavunculus	——Vide ab & Avunculus infrá.	
abavus	*Pater avus proavus abavus atavus tritavus,*	Plaut.
abbrevio	Vide Brevio & Brevis.	
abramides	Χαλκίδες αὖ θελοσαι τε καὶ ἀβραμίδες φορέονται,	Oppia.
abcedo	*Parce oculis hospes, lucóq; abcede verendo,*	Proper.
abdera	*Aut te devoveat certis* Abdera *diebus.*	Ovid.
abderitanus	Abderitanæ *pectora plebis habes.*	Mart.
Abdia, proph.	*Osea,* Amos, *& Micheas, simul* Abdia, *Jonas.*	Tertul.
abdico, as	*Si versus facit, abdices poëtam.* Phalec.	Mart.
abdicatus	*Quid abdicatas in meam curam pater,* Jamb.	Paulin.
abdico, is	*Quid facias crudele suos abdicere amores,*	Ovid.
abdideram	Abdiderat *sese atq; aris invisa sedebat.*	Virg.
abdiderint	Abdiderint *furtim terris & imagine circa.*	Horat.
abdidit	*Sed pater omnipotens speluncis abdidit atris.*	Virg.
abditus	*Indiciis monstrare recentibus abdita rerum.*	Horat.

abdomine	*Montani quoq; venter adest abdomine tardus.*	Juvl.
abducere	*Quid soceros legere & gremiis abducere pactas.*	Virg.
abducite	*Tollite me, Teucri, quascunq; abducite terras.*	Virg.
Abedo, is	Vide ab & Edo simplex.	
Abel	*At vivo gaudere lucro dignissimus Abel.*	Victor.
Abel	*Hujus Abel justus pastor, pecudúmq; magister.*	Tertul.
Abelis	*Deo offerendum sancti Abelis ferculo.* Jamb.	Prud.
abelus	*Atq; Cain hic nomen habet, cui junctus Abelus.*	Cypr.
abella	*Et quos malifera despectant mœnia Abellæ.*	Virg.
abeo	*Pauca, abeo & revocas nono post mense jubésq;.*	Horat.
abeat	*Montibus his abeat, videas & flumina sicca.*	Virg.
abeat	*Servate terris, abeat excussus dolor.* Jamb.	Senec.
aberat	*Tityrus hinc aberat, ipsæ te Tityre pinus.*	Virg.
aberit	*Usquam aberit, cum tu supplex in rebus egenis.*	Virg.
aberravit	*Puer inter homines aberravit à patre.* Jamb.	Plaut.
abessalon	*Solus Abessalon lacerans pia viscera ferro.*	Prud.
abes	*Custos gentis abes, jam nimiũ diu.* Choriamb.	Horat.
abest	*Æneas ignarus abest, nunquámne levari.*	Virg.
abesse	*Vicini queror has abesse furto.* Phal.	Mart.
abeunte	*Tempus agens abeunte curru.* Dact. Troch.	Horat.
abeuntibus	*Littore Trinacrio, dederátq; abeuntibus heros.*	Virg.
abfore	*——nos si pellant nihil abfore credunt.*	Virg.
abfuit	*Nec dextra erranti Deus abfuit, actáq; multo.*	Virg.
abfuerit	*Si dolor abfuerit, crede, redibit amor.*	Prop.
abhinc	*Scriptor abhinc annos centum qui decidit inter.*	Horat.
abhorreo	*Nã omnino abhorrere animũ huic video à nuptiis.* Jãb.	
abi	*Discipulum, securus abi, vinceris, ut Ajax.* Juvl.	(Ter.
abibat	*Haud secus Androgeos visu, tremefactus abibat.*	Virg.
abibis	*Solventur risu tabulæ tu missus abibis.*	Horat.
abibit	*Excidet aut in aquas tenues dilapsus abibit.*	Virg.
abjectus	*Tum super abjectum posito pede nixus & hasta.*	Virg.
abies	*Populus in fluviis abies in montibus altis.*	Virg.
abiete	*Ædificant, sectáq; intexunt abiete costas.*	Virg.
abietibus	*Abietibus juvenes patriis & montibus æquos.*	Virg.
abiegnus	*Nam quis equo pulsas abiegno nosceret arces.*	Prop.
	Induit abiegnæ cornua falsa bovi.	Prop.
abigo	*Abigátque moto noxias aves panno.* Scaz.	Mart.
abjicio	*Hæc tu quam lubet abjice eleváq;.* Phal.	Catul.
abjicito	*Abjicito potiùs quàm quo proferre juberis.*	Horat.
abii	*Illuc unde abii redeo nomen ut avarus.*	Horat.

abiit	*Nox abiit, oritúrq; aurora, Palilia posco.*	Ovid.
abire	*Ardet abire fuga dulcésq; relinquere terras.*	Virg.
abis	*Quò tantùm mihi dexter abis, huc dirige cursum.*	Virg.
abisti	*Sed raptum tibi centies abisti* Phal	Mart.
abit	*Auctor abit operis, sed tamen exstat opus.*	Pedo.
abire	*Pallentes procul hinc abite curæ.* Phal.	Mart.
abit	*Tertius Argolica hac galea contentus abito.*	Virg.
abiret	*Teter ut immundæ carnis abiret odor.*	Mart.
abitus	*Amphitrioniades armenta abitúmq; pararet.*	Virg.
ab integro	*Magnus ab integro seclorum nascitur ordo.*	Virg.
abjuratus	*Abstractæq; boves, abjuratæq; rapinæ.*	Virg.
ablata	*Dixit & in sylvam pennis ablata refugit.*	Virg.
ablegandas	*Ullius subeant ablegandæ Tiberim ultra.*	Juvl.
abludo	*Pan eris, hæc à te non multum abludit imago.*	Horat.
abluero	*——Donec me flumine puro Abluero.*	Virg.
abluiturus	*Membrorum maculas puro abluitura natatu.*	Prud.
ablutus	*Et lætum sociis abluta cæde remisit.*	Virg.
abluvium	Vide Diluvium.	
abnegat	*Abnegat excisa vitam producere Troja.*	Virg.
abnepotes	*Natos, nepotes, abnepotes editos* Jamb.	Prud.
abnoba	*Abnoba mons Istro pater est cadit Abnobæ hiatu.*	Avien.
abnuit	*Abnuit in liquidis ire pedester aquis.*	Mart.
abnueram	*Abnueram bello Italiam concurrere Teucris.*	Virg.
abnuere	*Abnuere & tabulas à te removere memento.*	Horat.
abolere	*Matris Acidaliæ, paulatim abolere Sichæum.*	Virg.
abolesco	*Indq; dies privos abolescere quæque creata.*	Lucre.
Abolla	*Non hoc Crispinus te, sed Abolla rogat.* Pentam	Mart.
abominatus	*Parentibúsq; abominatus Annibal.* Jamb purus	Horat.
abomineris	*Abomineris tangere* Jamb.	Prud.
abominandã	*Fer abominandã nunc opem nato parens,* Jamb.	Senec.
aboriri	*Corpore & infringi linguam vocémq; aboriri,*	Lucr.
Aborigineus	*Tibi vetus ara caluit Aborigineo sacello.*	Septim.
abortivus	*Et quod abortivo non est opus illa voluptas.*	Juvl.
abradit	*Abradit spoliisq; ungues exercet ahenos,*	Prud.
abraditur	*Scalpella tingit, dum putredo abraditur* Jamb.	Prud.
Abraham	*Eripit Abraham cum stirpe & gente fideli.*	Prud.
Abrahæ	*Abrahæ genus est verum, cui sanguis in ore*	Prud.
Abraham	*Principiũ meminisse juvat Deus inquit Abrahã,*	Arator.
Abram	*Ducit Abram, fidei meritum est, nec parcere nato*	Help.
Abram	*Abram parenti dictus Abraham Deo.* Jamb.	Prud.

Abrahamus *Pauper in Abrahamo, dives in igne jacet,* Paulin.
abripio *Qua sacer abripitur cœco descensus hiatu,* Prop.
abrodo *Abrodens ait hæc, an siccis dedecus obstem,* Pers.
abrogo *Male fidē servando, illis quoq; abrogāt etiā fidē,* Plaut.
abrotonum *Abrotonum & longè nascentis cornua cervi.* Lucan.
abrupit *Vincla suis magnis animis abrupit & inde,* Ennius.
abscedere *Conclusa miserans terris abscedere magnum,* Victor.
abscidit à cædo *Abscidit vultus ensis uterq; sacros,* Mart.
abscindere *Quærere plus prodest, & inane abscindere solo,* Horat.
abscidit à scindo *Abscidit, ó misero frater ademte mihi,* Catul.
abscondimus *Protinus aërias Phæacum abscondimus arces,* Virg.
absilio *Aut procul absiliebat ut arcem exiret odorem,* Lucret.
absimilis Vide Dissimilis.
absistamus *Absistamus, ait, nam lux iuimica propinquat,* Virg.
absistere *Prælia nec victo possunt absistere ferro,* Virg.
absitis *Tunc procul absitis quisquis colit arte capillos,* Tibul.
absolutus *En quando jacet absoluta casu,* Phal. Mart.
absonus, a, ū *Si dicentis erunt fortunis absona dicta.* Horat.
absorbere *Ridiculus totas simul absorbere placentas,* Horat.
abstemius *Vina fugit gaudetq; meris abstemius undis,* Ovid.
absterrebitur *Ut canis à corio non absterrebitur uncto,* Horat.
abstineas *Abstineas igitur damnandis, hujus enim vel,* Juvl.
abstinet *Non se convivis abstinet ille suis,* Mart.
abstinentia *Illic dicata parcus abstinentia,* Jamb. Prud.
abstinuit *Abstinuit Venere & Baccho, qui Pythia cantat,* Horat.
abstinuere *Sacrilegæ, bustis abstinuere manus,* Senec.
abstrahere *Abstrahere nostris conjugē charam toris.* Jamb. Senec.
abstrusus *Abstrusa in venis silicis, pars densa ferarum,* Virg.
abstulerat *Abstulerat miseris tecta superbus ager,* Mart.
abstulit *Abstulit hanc nimium casus in urbe frequens,* Mart.
abstulerunt *Vestra abstulerūt, claudite Elysiū mihi,* Jamb. Senec.
abstulistis *Tam bellum mihi passerem abstulistis,* Phal. Catul.
absumet *Absumet heres Cœcuba dignior,* Alcaic. Horat.
absumere *Ambesas subigat malis absumere mensas.* Virg.
absumite *Vos animā hāc potiùs quocunq; absumite leto,* Virg.
absumsere *Potniades malis membra absumsere quadrigæ,* Virg.
abundè *Tum contrá Juno, terrorū & fraudis abūde est,* Virg.
abundabat *Rursus abundabat fluidis liquor, omniaq; in se,* Virg.
abusque *Dardaniam Siculo prospexit abusq; Pachino,* Virg.
abusus partic. *Divum ad fallendos numine abusum homines,* Catul

Abuti *Constituet fruges & Bacchi nomine abuti.* Lucret.
abutere *Sed jam parce mihi, nec abutere Nervia Quincto* Mart.
Abydenus *Mittit Abydenus quam mallet ferre salutem.* Ovid.
Abydos *——In speculis omnis Abydos erat.* Ovid.
Abyla *Maura Abyla & dorso consurgit Iberica Calpe.* Avien.
abyssus *Obice terrarum patriam sordentis abyssi.* Alcim.
ac *Si sapiat, vitet, simul ac adoleverit ætas.* Horat.
Daphnonas platanos ac aërias cyparissos. Mart.
Acacia *Acaciã ꝓpolinq; & adarcen, cnicon; acanthũ.* Marcel.
Academi *Atq; inter sylvas Academi quærere verum* Horat.
Academia *In latium spretis Academia migrat Athenis.* Claud.
Inq; Academia umbrifera nitidoq; Lyceo, Cicer.
Acænitus *Discipuli custos præmordet Acænitus ipse.* Juvl.
Acalanthis, idis *——resonant acalanthida dumi.* Virg.
Acanthis *His animos nostra dum versat Acanthis amica.* Prop.
acanthida *Astyla credibile est, si vincat acanthida cornix.* Calph.
acantho *Et molli circum est ansas complexus acantho,* Virg.
acanthus *At Myos exiguum flectit acanthus iter,* Prop.
Acarnan *Hũc Salius simul et Patron, quorũ alter Acarnam,* Virg.
Acarnanes *Sicut Acarnanes subierunt prælia furto,* Grat.
Acastus *Vix socer Iphiclus, vix me grandævus Acastus,* Ovid.
accedo, is *Infernas accede domos, & Averna per alta,* Virg.
accedas *Elevet accedas, examenq; improbum in illa.* Persius.
accedere *Sin has ne possim naturæ accedere partes,* Virg.
accedet *Tutus quos optas portus accedet Averni,* Virg.
accesserit *Explorare novos, quas vento accesserit oras,* Virg.
accelera *Accelera & fratrem, si quis modus, eripe morti,* Virg.
acceleremus *Acceleremus, ait. Cyclopum educta Caminis,* Virg.
accenderit *Collucent flammis, quæ tantũ accenderit ignem,* Virg.
accendit *Nunc prece, nunc dictis virtutẽ accendit amaris,* Virg.
accendere *Ære ciere viros, Martemq; accendere cantu,* Virg.
accepit *Non thalamus Tyrio fragrans accepit amomo,* Virg.
acceperit *Egregius si unquam regnandam acceperit Albã,* Virg.
acceperunt *Accepere tuæ Romula vincla manus,* Prop.
accipit *Accipit in Teucros animum mentemq; benignã,* Virg.
accipere *Hinc sceptra accipere & primos attollere fasces,* Virg.
accipiebat *Illos porticibus rex accipiebat in amplis,* Virg.
accipienda *Nunc anus & tremulo vix accipienda tribuli,* Mart.
accipimus *Accipimus. Fauno Picus pater, isq; parentem,* Virg.
accipite *Accipite ergo animis, atq; hæc mea figite dicta,* Virg.

accipiter	*Quàm facilè accipiter, saxo sacer ales ab alto.*	Virg.
accersitus	*Accersitus erat somnus in ossa mea.*	Prop.
accersite	*Adveniet justum pugnæ, ne accersite, tempus.*	Virg.
accido à cado	*Accidit hæc fessis etiam fortuna Latinis.*	Virg.
accidisset	*Nollem accidisset hoc tibi Saletane.* Scaz.	Mart.
accido à cædo	Vide Incido.	
accisus	*Accisis coget dapibus consumere mensas.*	Virg.
accibam	*Palmas horriferis accibant vocibus orcum.*	Lucr.
accire	*Sic Turno exstincto, socios sum accire paratus.*	Virg.
accirent	*Accirent proceros Erycino è vertice signum.*	Prud.
accitus partic	*Spem si quam accitis Ætolum habuistis in armis.*	Virg.
accitus nom.	*Regius accitu cari genitoris ad urbem*	Virg.
accingier	*Dulce caput. magnas invitam accingier artes.*	Virg.
accingitur	*Hortatur socios, paribúsque accingitur armis.*	Virg.
Accius	*Pacuvius docti famam senis. Accius alti.*	Horat.
accino	Vide Succino.	
acclamatio	*Acclamatio sibilans corona.* Phal.	Sidon.
acclivis	*Arboris acclivis trunco procul ærea ramis.*	Virg.
accola	*Accola Vulturni, paritérque Saticulus asper.*	Virg.
accolet	*Accolet, imperiúmque pater Romanus habebit.*	Virg.
accommodus	*Est curvo anfractu vallis accommoda fraudi.*	Virg.
accommodat	*Induitur lateriq; Argivum accommodat ensem.*	Virg.
accredere	*Scribere te nobis, tibi nos accredere par est.*	Hor.
accretus	*Et lapis accretus regerendis ignibus aptus.*	Sever.
accrevi	*Invidia accrevit privato, quæ minor esset.*	Horat.
accubamus	*Nos accubamus & silentium rhonchis.* Scaz.	Mart.
accubare	*Quanto major adhuc nec accubare.* Phal.	Mart.
accubat	*Accubat & manibus prohibet contingere mensas.*	Virg.
accubuisse	*Hic opus est pictis accubuisse thoris.*	Mart.
accubitare	*Dignatus nostris accubitare thoris.*	Sedul.
accubitus	Vide Concubitus.	
accudo	*Tres minas accudere etiã possum, ut triginta siet.*	Plaut.
accumbere	*Concilias, tu das epulis accumbere divûm.*	Virg.
accumulem	*His saltem accumulem donis & fungar inani.*	Virg.
accumulata	*Ac foveat fœtos accumulata sinus.*	Prud.
accurate	*Scin quid volo ego te accurrare? scio, cura quæ voles.*	Plaut.
accurarier	*Jube igitur nobis trib. apud te prandiũ accurarier.*	Plaut.
accuratus	*Eã nunc malitiã accurratã miles inveniat volo.*	Plaut.
accuso, as	*Accusas rumpisq; coquum tanquã omnia cruda.*	Mart.
accusate	*Justitiam accusate Dei transire sinentis.*	Prosp.

accusatio	*Exin terribilis jussi accusatio surgens.*	Juvenc.
accusator	*Accusator erit, qui verbum dixerit hic est.*	Juvl.
accusatori	*Accusatori nollet dare plurima felix.*	Idem.
Acer mons	*Juxta superbum mons Acer caput exserit.* Jamb.	Avien.
acer arbor	*Dedicat, at nuper vile fuistis acer.*	Ovid.
aceris	*Hinc bibis, aut aceris radicem tundis & una.*	Seren.
acer adject.	*Acer & indomitus libertatisq; magister.*	Juvl.
acernis	*Præcipuè cùm jam trabibus contextus acernis.*	Virg.
acernus	*Stipes acernus eram, properanti falce dolatus.*	Prop.
acerosus	*Farre aceroso olei decumano pane coegit.*	Lucil.
acerbus	*Difficilis, facilis, jucundus, acerbus & idem.*	Mart.
acerra	*—— & plena supplex veneratur acerra,*	Virg.
Acerræ urbs	*—— Et vacuis Clanius non æquus acerris.*	Idem.
acerrimus	*Undique collecti invadunt, acerrimus Ajax.*	Idem.
acersecomes	*Vendit Acersecomes si nullum in conjuge crimen.*	Juvl.
acervus	*Non domus & fundus non æris acervus & auri.*	Hor.
acervat	*Quem mirũ cecidisse putes nam crimen acervat.*	Alcim.
acesco	*Sincerum est nisi vas, quodcunq; infundis acescit.*	Hor.
acesine	*Hic ubi præcipitem scopuli fundunt Acesinen.*	Panni.
acestes	*——Trojanoq; à sanguine clarus Acestes.*	Virg.
acetes	*Corpus ubi exanimi positum Pallantis Acetes.*	idem
acetum	*Amphora Niliaci non sit tibi vilis aceti.*	Mart.
acetabulum	Vide Acetum & Venabulum.	
acetarium	Vide Acetum & Aviarium.	
Achæus	*Nec potes infestis conferre Charybdin Achæis.*	Ovid.
achæides	Ὦ πέπον ἐς κάκ' ἐλέγχεα, ἀχαιΐδες, οὐκ ἔτ' ἀχαιοί.	Hom.
achaia	*Postis ad Andreæ limen Achaja patet.*	Fortun.
achais, idis	*Perq; tot Hæmonias, & per tot Achaidas urbes.*	Ovid.
achaiadas	*Inter Achaïadas longè pulcerrima matres.*	idem
achaicus	*Et Danaum solitæ naves & Achaïca castra.*	Virg.
achates vir	*——ipse uno graditur comitatus Achate.*	idem
achates lapis	*Cernitur egregius lapis hic, cui nomen Achates.*	Prisc.
acheloius	*Poculaq; inventis Acheloïa miscuit uvis.*	Virg.
acheloidas	*Nunc vos Pagasidum comites Acheloidas oro.*	Colũ.
achelous	*Opperiuntur aquæ, vultus Achelous agrestes.*	Ovid.
achæmenes	*Num tu quæ tenuit dives Achemenes.* Choriamb.	Hor.
achæmenides	*Littore Achæmenides comes infelicis Ulyssi.*	Virg.
achæmenius	*Mundus, Achæmeniis decurrant Medica Susis.*	Lucan.
achan	*Posset nostra manus cum victor concidit Achan.*	Prud.
acheldema	*Campus Acheldemach sceleris mercede nefandi.*	Amœn.

Acheras	*Haſtites nuper caſa germanus Acheras.*	Sil.
Acheron fl.	*Et ſaxa fluctu volvit Acheron invius.* Jam.	Senec.
Acherontis	*Hinc via Tartarei quæ fert Acherõtis ad undas.*	Virg.
Acheronte	*Anchiſæ magni, maneſq; Acheronte remiſſos.*	Virg.
Acheronta	*Flectere ſi nequeo ſuperos Acheronta movebo.*	Virg.
Acheronticus	*Stagnis ad ſuperos ex Acheronticis.* Choriãb.	Prud.
Acherontia urbs	*Quicunq; celſæ nidum Acherontiæ.* Alcaic.	Horat.
Acheruſia	*Et ſi præterea tamen eſſe Acheruſia templa.*	Lucr.
Achetus fl.	———*pubeſq; liquentis Acheti.*	Sil.
Achillas	———*ſcelere delectus Achillas.*	Lucan.
Achilles	*Troias relliquias Danaum atq; immitis Achilli.*	Virg.
Achille voc.	*Quiq; tuas proavus fregit Achille domos.*	Prop.
Achillea acc.	*Sic neq; Peliden terrebat Achillea Chiron.*	Auſon.
Achilleus	*Stirpis Achilleæ faſtus juvenemq; ſuperbum.*	Virg.
Achivus	*Quicquid delirant reges plectuntur Achivi.*	Horat.
Achoreus	*Pelleiæ periere domus, quos inter Achoreus.*	Lucan.
Achrados	*Achrados aut pruni lapidoſis obruta pomis.*	Colũb.
Acidalius	*Matris Acidaliæ paulatim abolere Sichæum.*	Virg.
Acidus	———*atq; acidis imitantur vitea ſorbis.*	Virg.
Acies ſingul.	*Nam neq; tum ſtellis acies obtuſa videtur.*	Virg.
plural.	*Commiſſas acies ego poſſum ſolvere nupta.*	Prop.
Acicula	Vide acus & Alicula.	
Acii	*Altera pars Acii vitaſſet fluminis undas.*	Cn. Mar.
Acilius	*Proximus ejusdem properabat Acilius ævi.*	Juven.
Acinacis	*Inſignis manicis, inſignis acinace dextra.*	Valer.
Acindonus	*Germani fratres sũt Chreſtus, Acindonus alter.*	Auſon.
acyndinus	*Hic conſul clarum produxit Acyndinus ævum.*	Symm.
Acinus	*Aridum & ore ferens acinum ſemeſaq; lardi.*	Horat.
Acinoſus	Vide Acinus & Animoſus.	
acipenſer	*Tuq; peregrinis acipenſer nobilis undis.*	Ovid.
Acipenſera	*Ad Palatinas acipenſera mittite menſas.*	Mart.
	Acis erat Fauno nymphaq; Simæthide cretus.	Ovid.
Acis fl.	*Lucus erat prope flumẽ Acin, quod cãdida pfert.*	Claud.
Acidis. genit.	Οὐ δ' αἴτνας σκοπιαὶν, ὐδ' ἀκίδιος ἱερὸν ὕδωρ.	Theoc.
Acis ſagitta	Τὴν ἀκίδα κλείουσι βέλος κρυερώτατον ἄγροις,	Oppi.
aclides	*Oſcorumq; manus teretes ſunt aclides illis.*	Virg.
Aconitum	———*nec miſeros fallunt aconta legentes.*	Virg.
Aconteus	———*donec flammatus Aconteus,*	Stat.
Acontiæ ſerpen.	Φράζονται σὺν θ' ὅσοι ἀκοντίαι ἠδὲ μόλουροι.	Nicã.
Acontius	*Me tibi nupturam, felix eat omen, Aconti.*	Ovid.

Acor,oris	Vide Acidus & Sapor.	
Acorus	*Andrachnē, Acorūq; Opopanaca, Pompholygēq;*	Mart.
Acquiro	—— *viresq; acquirit eundo.*	Virg.
acquirite	*Acquirite, istam terra defossam premat.* Jamb.	Senec.
Acragas	*Arduus inde Acragas ostentat maxima longe.*	Virg.
Acragantinus	*Quorū Acragantinus cū primus Empedocles est.*	Lucr.
Acredo	Vide Acer & Albedo.	
acre	*Hæc genus acre virum Marsos, pubémq; Sabellam.*	Virg.
acres	*Intendunt acres arcus, amentáq; torquent.*	Virg.
acredula	*Vere calente novos componit acredula cantus.*	Ovid.
acris	*Præcipuè pius Æneas nunc acris Oronti.*	Virg.
acrior	*At lætus Mnestheus, successúq; acrior ipso.*	Virg.
acrius	*Acrius hoc Teucro, clamore incumbere magno.*	Virg.
acria	*Legibus insanis seu quis capit acria fortis.*	Horat.
acribus	*Scintillæ absistunt, oculis micat acribus ignis.*	Virg.
Acrimonia	Vide Ægrimonia.	(Accius
acrimonia	*Vim, ferociā, animū, atrocitatē, irā, acrimoniā.* Troch.	
Acrisione	*Regia non Semele, non Inachis Acrisione.*	Virg.
Acrisionæus	*Acrisionæis Danae fundasse colonis.*	Idem.
Acrisius	*An satis Acrisio est animi.*	Ovid.
acriter	*Acriter elatrem pretium ætas altera sordet*	Horat.
acritudo	*Haud quisquā potis est tolerare acritudinē.* Jāb.	Accius.
Acroceraunia	*Infames scopulos Acroceraunia.*	Horat.
acroma	*Acroma festivum fui.* Jamb.	Prud.
Acron	*Acron Herculeus Ceninum ductor ab arce.*	Prop.
Acrona	*Tempore quo portas Ceninum Acrona petentem.*	Prop.
Acrota	*Fratre suo sceptrum moderatior Acrota forti.*	Ovid.
acropolis	Vide Acroceraunia & Amphipolis.	
Actæon	*Et velut absentem certatim Actæona clamant.*	Ovid.
Actæus	*Amphion Dircæus in Actæo Aracyntho.*	Virg.
Actor,oris,verb.	Vide Amator.	
Actitare	*Cogit me Titus actitare caussas.* Phal.	Mart.
Actor vir	*Actoris Aurunci spolium.*	Virg.
Actutum	*Actutum vindex mea si suprema referre.*	Sil.
Actia	*Actiaq; Iliacis celebramus littora ludis.*	Virg.
Actias	*Atq; Geta, atq; Hebrus, atq; Actias Orithyia.*	Virg.
Actiaco	*Actiaco melli jungas agreste papaver.*	Seren.
Actiaci	*Obruit Actiaci quod gravis ira freti.*	Mart.
Aculeus	*Jam dudū ille meū pectus pungit aculeus.* Jamb.	Plaut.
Aculeatus	*Eadē in usu, atq; ubi periculū facias, aculeata sūt*	Plaut.

aculeolus *Nonus aculeolos in cochleare tulit,* Mart.
acumen *Nota refers meretricis acumina, sæpe catellam.* Horat.
acuminata *Acuminata informia.* Jamb. Prud.
acuto *———Curis acuens mortalia corda.* Virg.
acuit *Hic se illa moles acuit, atq; iras, parat.* Jamb. Senec.
acuere *Arma acuere viam, tegat imas fascia suras,* Gratius.
acuisse *Postquam visa satis primos acuisse furores.* Virg.
acus, ûs *Pictus acu chlamydem & ferrugine clarus Ibera.* Virg.
acuncula Vide acus & Virguncula.
acutus *Frondibus hirsutis & carice pastus acuta.* Virg.
acutulus Vide Acutus & Beatulus.
acus piscis *Et satius tenues ducere credis acos.* Mart.
acus, ceris Vide Acerosus.
ad *Hinc alta sub rupe canet frondator ad auras.* Virg.
adactus *Talia dicta dabat, sed viribus ensis adactus.* Virg.
adæquare Vide ad & Æquo as.
adæque *Neq; est, neq; fuit, me senex quisquã amator adæque mi-*
adæratus Vide Ad & Æratus. *(ser.* Plaut.
adæstuat *———Squamis incisus adæstuat amnis.* Stat.
adaggero Vide ad & Aggero.
adagium *Quid tibi patiundũ, fere hariolor: Vet⁹ est adagiũ, fames*
adalligo Vide ad & Alligo, *(& mora.* Jamb. tert. Plaut.
Adam *Deceptũ miseratus Adam, quem capta venenis.* Victor.
Tinxit & innocuum maculis sordentibus Adam. Prud.
Adæ *Pulvis Adæ ut possit veteris cũ sãnguine Christi.* Tertul.
Adamus *Tum dominus cœli mœstũ compellat Adamũ.* Cyprian.
Adamastus *———Troiam genitore Adamasto.* Virg.
adamante. *———Solidoq; adamante columnæ.* Virg.
adamantas *Sardonychas, smaragdos, adamãtas, jaspidas uno* Mart.
adamantinus *Cholchis flagrantes adamantina sub juga tauros.* Prop.
adamo, as *Stultus Achilleos non adamasset equos.* Ovid.
adapertus *Pars adaperta fuit, pars altera clausa fenestra.* Ovid.
adapertilis *Aspicis à dextra latus hoc adapertile tauri.* Ovid.
Adarce *Acaciã, Propolinq; & Adarcen, Cnicon Acanthum* Marcel.
adaugesco *Nam neq; adaugescit quicquam neq; deperit inde.* Lucr.
adauctus *Nam quæcunq; vides hilari grandescere adauctu.* Lucr.
adbibo *Militat in silvis catulus nũc adbibe puro Pectore verba pu-*
addico, cis *Emtor gaudentẽ numo te addicere, sed me.* Hor. *(er.* Hor.
addidit *Addidit & nitidum sacratis crinibus orbem.* Mart.
addiderat *Addiderat socium non inferiora secutus.* Virg.

addideris	*Addideris verbum, cœna parata tibi est.*	Mart.
addimus	*Vestris addimus hanc vocis acerram.*	Mart.
additur	*Mox & frumentis labor additus, ut mala culmos.*	Virg.
addita	——— *Nec Teucris addita Juno Usquam aberit*	Virg.
additur	*Et Lucus late sacer additur Anchiseo.*	Virg.
addoceo	*Sollicitis animis onus eximet, addocet artes.*	Horat.
Addua	*Addua quo scissas spumosior incidat undas.*	Claud.
addubito	*Nec ne sit addubites flagret rumore malo cum.*	Horat.
adduco	*Adducitq; cutem macies.*	Ovid.
adducere	*Ad umbilicum adducere.* Jamb.	Horat.
adduxerat	*Ubidius quos Mæcenas adduxerat umbras.*	Horat.
adduxere	*Adduxere sitim tempora Virgilii.*	Horat.
adduxerit	*Sive diem festum rediens adduxerit annus.*	Horat.
adduplico	*Adduplicabit omne furtũ leno, addicetur tibi.* Jãb.	Pla.
adedo	Vide simplex Edo.	
adedi preterit.	——— *nam sæpe favos ignotus adedit Stellio.*	Virg.
adederat	*Dum tandem fessi, quos lusos adederat ignis.*	Nemes.
adesurio	*Adesurivit magis, & inhiavit acriús.* Jamb.	Plaut.
adesus	——— *& postibus hæsit adesis.*	Virg.
Adelphi	Εἰς δύ' ἀδελφειοὺς ἐπέχει τάφος ἐν γῇ ἐπίσχεν.	Anth.
ademit	*Abstulit & blandum terror ademit opus.*	Maxim.
ademerat	*Homini quod ademerat anguis.* Parrh.	Prud.
adenago	*Insignes pueros Sidrach, Misach, Adenagoq;.*	Alcim.
ademtus	*Thessalo victore, & ademptus Hector.* Sapph.	Horat.
adeat	*Quin adeas vatem, precibúsq; oracula poscas.*	Virg.
adeo is verb.	*Mentem per artus adeat: & tactes sinus.* Jamb.	Senec.
adeò adverb.	*Teq; adeò decus hoc ævi te consule inibit.*	Virg.
adeone	*Adeone pulcra est? imo fœdius nihil est.* Scaz.	Mart.
adeóq;	*Adeóq; mentes omnium tenes unus.* Scaz.	Mart.
adeps	*Immittetur adeps ceparum non sine succo.*	Seren.
adeptus	*A duce Tarpeo mons est cognomen adeptus.*	Prop.
adero	*Omnibus umbra locis adero, dabis improbe pœnas*	Virg.
aderat	*Jamq; dies infanda aderat, mihi sacra parari.*	Virg.
aderit	*Aggredere ô magnos, aderit jam tempus, honores.*	Virg.
aderunt	*Improvisi aderunt, ita digerit omnia Calchas.*	Virg.
ades	*Huc ades, insani feriant sine littora fluctus.*	Virg.
adesse	*Extremamq; tibi semper adesse putes.*	Mart.
adesset	*Debetur, cuperetq; ipse pater spectator adesset.*	Virg.
adeunda	*Circuit, ancipiti vix adeunda jugo.*	Mart.
adeunte	*Turba tibi sexus non adeunte viro.*	Mart.

adeuntibus	*Tollit se ratio & vitiis adeuntibus obstat.*	Grat.
adfremit	*Adfremit his quassátq; caput,*	Val. Fl.
adfuerunt	*Adfuerunt sicco Dryades pede Najades udo.*	Calph.
adhæreo	*Cui canis ex vero dictum cognomen adhæret.*	Horat.
adhæsit	*——Tonsis illotus adhæsit Sudor.*	Virg.
adhæsus	*Nam neq; pulveris interdũ sentimus adhæsum.*	Lucret.
adhibe	*Hos castris adhibe socios, & fœdera junge.*	Virg.
adhibebitur	*Nec quicunq; Deus, quicunq; adhibebitur heros.*	Horat.
adhibere	*Dũ medicus adhibere manus ad vulnera pastor.*	Virg.
adhibete	*Dat numero capita in naves, adhibete penates.*	Virg.
adhibetur	*Accubat & rarus non adhibetur eques.*	Mart.
adhinnit	*Fœmina cornipedi semper adhinnit equo.*	Ovid.
adhinnivit	*Primus adhinnivit simulato nomine mœchus.*	Prud.
adhorruit	*Ipse pater flavis Tiberinus adhorruit undis.*	Ovid.
adhortatur	*Facere & præterquã res adhortatur tua.* Jamb.	Teren.
adhuc	*Tellurẽ Nymphásq;, & adhuc ignota precatur.*	Virg.
adi	*Et nos & tua dexter adi pede sacra secundo.*	Virg.
adiaceo	Vide simplex Jaceo.	
adiantum	Ἀγρωστίς τ' ἀδίαντον, ὃ οὐκ ὄμβροιο ῥαγέντος.	Nican.
adibam	*Exstinctus pudor, & qua sola sidera adibam.*	Virg.
adibo	*Nec delubra Deûm placido cum pectore adibis.*	Lucre.
adiit	*Non adiit aptè, nec legit idonea, credo, Tempora.*	Ovid.
adimus	*Per te immaturum mortis adimus iter.*	Prop.
adire	*Nec quisquã ex agmine tanto audet adire virũ,*	Virg.
adit	*Sub lucem exportant calathis, adit oppida pastor.*	Virg.
adito	*Quod nimium institerat viventi, cautus adito.*	Horat.
aditus	*Occupat Æneas aditum custode sepulto.*	Virg.
aditurus	*Septimi Gades aditure mecum* Sapph.	Horat.
adjiciam	*Adjiciam faciámque omnes uno ore Latinos.*	Virg.
adicit	*Nil adicit penso Lachesis, fusóque sororum.*	Mart.
adjecere	*Adjecere bonæ paulo plus artis Athenæ.*	Horat.
adjecimus	*Terra parum fuerat, fatis adjecimus undas.*	Prop.
adigat	*Vel pater omnipotẽs adigat me fulmine ad umbras*	Virg.
adiget	*Quocunq; cedas, adiget in vitam dolor.* Jamb.	Senec.
adegit	*Sæpius occurrens, hæc limina tendere adegit.*	Virg.
Adimantus	*Quæq; in Adimantum Philesia regna tenentem.*	Ovid.
adimo, is	*Crescentíq; adimunt fœtus uruntq; ferentem.*	Virg.
adimpleo	Vide Ad & Impleo.	
adipatus	*Livida materno fervent adipata veneno.*	Juvl.
adipiscor	*Et potiùs ventura adipisci præmia vitæ.*	Tert.

adjudicat	*Et nunc, si quid abest Italis adjudicat armis,*	Horat.
adjudicatus	*Adjudicatam præsidem terræ deam,* Jamb.	Senec.
adjungere	*Vertere mæcenas, ulmisq; adjungere vites,*	Virg.
adjuro	*Adjuro Stygii caput implacabile fontis,*	Virg.
adjuvante	*Pictam phaselon adjuvante fert aura,* Scaz.	Mart.
adjuvat	*Adjuvat, & magna proclamat voce Diores,*	Virg.
adjuvet	*Ire prior Pallas, si qua fors adjuvet ausum,*	Virg.
adjuvit	*Respicit & facilis Pæan adjuvit in artes,*	Grat.
adjumentum	*Esse duos juvenes firma adjumenta parentis,*	Ovid.
adjuto	*O Tite, si quid ego adjuto, curámve levasso,*	Ennius.
adjutat	*Ipsa adjutat opes facilésq; sibi induit annos,*	Cor. Sev.
adjutor, oris	*Magnum adjutorem posset qui ferre secundas,*	Horat.
adjutorium	Vide Adjutor nomen.	
adlatras	*Adlatras nomen, quod tibi cunq; datur,*	Mart.
Adlocutio	*Qua solatus es adlocutióne,*	Catul.
admetior	Vide Metior.	
admetus	*Pavit & Admeti tauros formosus Apollo,*	Tibul.
adminiculum	*Ad legionem quum itant, adminiculũ eis dabũt,* Jamb.	
administro	Vide Ministro simplex.	
admiror	*Sed tamen admiror, quo pacto judicium illud,*	Horat.
admirari	*Nil admirari prope res est una Numici,*	Horat.
admirantur	*Ille operum custos, illum admirantur & omnes.*	Virg.
admiratio	*Non propter nummos minor admiratio summis,*	Juvl.
admiratus	*Quos admirata est ipsa noverca priús,*	Tibul.
admirabilis	*Incidit Adriaci spatium admirabile rhombi,*	Juvl.
admiscere	*Prodiderit & tonsum gallæ admiscere saporem,*	Virg.
admisisset	*Hoc admisisset nec Catilina nefas,*	Mart.
admisit	*Par scelus admisit Phariis Antonius armis,*	Mart.
admisit	*Admisit omnes, sedibus pulsos suis,* Jamb.	Senec.
admissarius	*Ad equas fuisti scitus admissarius,* Jamb.	Plaut.
admissura subst.	*Felix demeritos habet admissura parentes,*	Stat.
admittit	*Quod si lascivos admittit, & ille libellos,*	Mart.
admittier	*Eurialus, cõfestim alacres admittier orãt,* Virg.	(rier, Plau.
admoderor	*Quid est, ut ludo nequeo hercle quidẽ risu me admodera-*	
admodulor	*Et Padus electriferis admoduletur alnis,* Chor.	Claud.
admores	ἄδμωες δ' ὀρόωντες ἔσω κυεροῖο μυχοῖο,	Opp.
admolirier	*Ascensionem ut faceret admolirier,* Jamb.	Plaut.
admoneo	*Admonet & magnâ testatur voce per umbras,*	Virg.
admoniturus	*Scilicet oblitos admonitura mei,*	Ovid.
admonui	*Admonuitq; sui vitulus sic namq; minatur,*	Ovid.

Prope-

admoveo	*——Properantes admovet horas.*	Lucan.
admovebo	*Verba admovebo, misera quē amplectar pri⁹* Jamb.	Sen.
admovere	*Hostem admovere sanguine & flāma potes* Jāb.	Senec.
admovi	*Nec dum illis labra admovi, sed condita servo*	Virg.
admoverit	*Cum tibi sol tepidus plures admoverit auras.*	Horat.
admorunt	*Caucasus, Hyrcanæq; admorunt ubera tigres.*	Virg.
admotus	*Ille sibi admotas à virgine corripit escas.*	Prop.
admugio	*Mollibus in pratis admugit fœmina tauro.*	Ovid.
admutilo	*Nescio, verū si frugi est, usq; admutilabit probe ad cutem*	(Jam. Plaut.
adnubilo	*—& velis adnubilat aura secundis.*	Stat
adnitor	Vide Nitor.	
adnabam	*Paulatim adnabam terræ, & jam tuta tenebam*	Virg.
adnare	*Infandum caput ac terris adnare necesse est.*	Virg.
adnatat	*Agitq; gyros, & comes lateri adnatat.* Jamb.	Senec.
adnavimus	*Dispulit, huc pauci vestris Adnavimus oris.*	Virg.
adnoto	Vide Annoto & Noto.	
adole	*Verbenasq; adole pingues & mascula thura.*	Virg.
adolemus	*Junoni Archivæ jussos adolemus honores*	Virg.
adolere	*Cura penum struere & flammis adolere penates.*	Virg.
adolesco	*Pocula, Panchæis adolescunt ignibus aræ.*	Virg.
adolescit	*Ac dum prima novis adolescit frontibus ætas.*	Virg.
adolescentia	*Regenda magis est fervida adolescentia.* Jamb.	Senec.
adolescētul⁹	*Fieri nihil pōt, nox mulier vinū homini adolescētulo.*	Pla.
adolevit	*Posteaquā adolevit ad eā ætatē, uti viris* Jamb.	Plaut.
adoleverat	*Martia ter senos proles adoleverat annos.*	Ovid.
adoleverit	*Tu facito mox cùm matura adoleverit ætas.*	Virg.
adonis	*Et formosus oves ad flumina pavit Adonis.*	Virg.
	Τὸν μερόπων ἕτεροι μὲν ἐπικλείουσιν Ἄδωνιν.	Oppi.
adoni vocati.	*Semper Adoni mei, repetitáq; mentis imago.*	Ovid.
adopertus	*Jam veniet tenebris mors adoperta caput.*	Tibull.
adopinor	*Deinde adopinamur, de signis maxima parvis*	Lucret.
adopto, as	*Ergo aliquod gratum Musis tibi nomen adoptes*	Mart.
adoptatitius	*Demarcho item ipse fuit adoptatitius.* Jamb.	Plaut.
adoptivus	*Quæ sit adoptivis arbor onusta comis.*	Pallad.
ador	*Esset ador loliumq;, dapis meliora relinquens.*	Horat.
adorea	*Qui primus alma risit adorea* Alcaic.	Horat.
adoreus	*Instituuntq; dapes & adorea liba per herbas.*	Virg.
adora	*Junonis magnæ primum prece numen adora.*	Virg.
adorabit	*Theseu tonatem nostra adorabit manus* Jamb.	Senec.
adoret	*Bella gero & quisquam numen Junonis adoret*	Virg.

adorantes	*Inter adorantes cùm stetit Hermogenes.*	Mart.
adoraret	*Pronus adoraret, cujus super æthera sedes.*	Sedul.
adoratus	*Ardet adoratum populo caput, & crepat ingens.*	Juvl.
Adorata virgo	*Urbs Adoratæ cineres puellæ,* Sapph.	Prud.
adoritur	*Conturbare animã potis est quicunq; adoritur.*	Lucil.
adorno, as	*Quid est tibi, quin tu mihi adornas ad fugã viaticũ.*	Plau.
adorsus	——— *& nullum majus adorsa nefas* Pentam.	Ovid.
adprecatur	*Rite Deos prius adprecati,* Dact. Troch.	Horat.
adprobus	*Hierocles hospes est mihi adolescens adprobus,* Jãb.	Cæc.
Adrastia	*Ut scelere infando, quod nec sinit Adrastia.*	Virg.
Adrastus	*Qualis & Adrasti fuerit vocalis Arion.*	Prop.
	Ductorem belli generúmq; potentis Adrasti.	Stat.
adrasus	*Adrasum quendam vacua tonsoris in umbra.*	Horat.
adrepo	*Adrepe officiosus & ut scribare secundus.*	Horat.
Adria	*Non ego nunc Adriæ vereor mare noscere tecum.*	Prop.
	——— *sonat Ionio vagus Adria Ponto.*	Lucan.
Adriacus	*Amnis & Adriacas retro fugit Aufidus undas.*	Virg.
Adrianus	*Et Adrianus dulcius culex candet.* Scaz.	Mart.
Adrianus	*Sive mari libet Adriano.* Dact. Troch.	Horat.
Adrias	*Adrias unda vadis largum procul exspuit algã.*	Avien.
Adriaticus	*Et hoc negat minacis Adriatici.* Jamb. purus	Catull.
	Hic rursus aquis Adriatica marmora fundunt.	Avien.
adscitus	Vide Ascitus.	
adrosus	*Obtundúntq; novos adroso robore dentes,*	Nemesia.
adsis	*Adsis, ô Tegeæe, favens oleæq; Minerva.*	Virg.
adsit	*Me tamẽ urit amor, quis enim mod° adsit amori*	Virg.
adsitus	*Sed vocat usq; suum quia populus adsita certis.*	Horat.
adspicio	Vide Aspicio.	
adsumus	*Funeris exsequiis adsumus omnis eques.*	Pedo.
advehitur	*Advehitur Teucros, Electram maximus Atlas,*	Virg.
advelo	——— *viridiq; advelat tempora lauro.*	Virg.
advena	——— *vivi pervenimus, advena nostri.*	Virg.
advenio	*Adveniat, vultus neve exhorrescat amicos.*	Virg.
advenientis	*Advenientis iter, hæc sit redeuntis & index.*	Sedul.
advenit præs.	*Illinere, interea Mæcenas advenit atq;.*	Horat.
advenit præt.	*Hos super advenit Volsca de gente Camilla.*	Virg.
advenerit.	*Nam cum terribilis judex advenerit ille.*	Alcim.
advenerunt	*Huc advenerunt Hyrcanis bella ferentes.*	Prisc.
advenisse	*Advenisse diem, quo debita mœnia condant.*	Virg.
adveneratus	——— *puer adveneratus euntes.*	Sil.

& auras

adverberat	*——— & auratis adverberat unguibus armos,*	Stat.
adversarius	*Adversarius, & quo tu turpissimè? magna,*	Horat.
adversata	*Hic Hymenæus erit, non adversata petenti.*	Virg.
adverteret	*Iret ut ad muros, urbísq; adverteret agmen,*	Virg.
advertitis	*Et genus, auditíq; advertitis æquore cursum,*	Virg.
advigilare	*Nec tædebit avum parvo advigilare nepoti,*	Tibull.
adulat	*Pinnata cauda nostrũ adulat sanguinẽ,* Jamb.	Accius.
	Cæculus accedens diti loca flumine adulat,	Avien.
adulantes	*Agmen adulantum media procedit in aula,*	Ovid.
adulator	*Cæcus adulator, dirúsq; à ponte satelles,*	Juven.
adolescens	*At levis ille Deus cui semper adolescentum,*	Virg.
adulter	*Obrutus insanis esset adulter aquis,*	Ovid.
adulteris	*Nocturnis ab adulteris,* Glycon.	Horat.
adulteros,	*Mox juniores quærit adulteros,* Alcaic.	Horat.
adulterorum	*Adulterorum virgo deserui domum,* Jamb.	Senec.
adulterium	*Quiq; ob adulterium cæsi, quiq; arma secuti*	Virg.
Licinus *Pontice cum Licino, est hic quoq; magnus homo*. Idem

Licium *—— triplici diversa colore Licia circumdo*. Virg.

Lictor *Lictoris abiget virga basiatorem*, Scaz. Mart.

Ligea *Drymoq;, Xanthoq;, Ligeaq;, Phyllodoceq;*. Virg.

Ligella *Quare si pudor est Ligella noli*, phal. Mart.

Lignorum *Lignorum & pecoris tibi calo argutus & horti*. Hor.

Liguosus Vide Frondosus.

Liger fl. *Non tibi se Liger anteferet non Axona praeceps*. Auso.

Ligia *Annos si tot habet Ligia trima est*, Phal. Mart.

ligat *Non ligat ad cœstum gaudentia brachia loris*. Prop.

ligavit *—— laqueoq; animosa ligavit Guttura*. Ovid.

ligamen *Quae cum Sidonia nocturna ligamina mitrae*. Prop.

ligatus *Sit modò casta doce quamvis non vitta ligatos*, Tibul.

ligones *Vomereq; antiquos Curionum passa ligones*. Lucan.

ligo, nom. *—— Longis purgare ligonibus arva*. Ovid.

Ligula *Quamvis me Ligulam dicant, equitesq; patresq;*. Mart.

ligula *Non extrema sedet lunata ligula blanda*. Mart.

Ligur *Et tunc tonse Ligur quondam per colla decora*. Luca.

Ligurem *Assuetumq; malo Ligurem*. Virg.

Ligurinus *Circa te Ligurine solitudo*, Phal. Mart.

Ligurinas *Garganumve trucē, aut Ligurinas desuper Alpes*, Grat.

ligurit *Tractavit manibus calicem, dum furta ligurit*. Horat.

ligurierit *Semiesos pisces tepidumq; ligurierit jus*. Hor.

Ligurra *In te ne faciam times Ligurra*, Phal. Mart.

Ligus masc. *Vane Ligus frustraq; animis elate superbis*. Virg.

fœmin. *Egregios lusisse senes, mihi jam Ligus ora*. Pers.

Ligusticus *Nam si procubuit, qui saxa Ligustica portat*. Juvl.

Ligustide *Humo atq; gente certus in Ligustide*, Jamb. Sidon.

Ligustrum *Alba Ligustra cadunt, vaccinia nigra leguntur*. Virg.

Ligyes *Ibera tellus atq; Ligyes asperi*, Jamb. Avien.

Lilæus *Quam rapidis puppim manibus frenare Lilæis*. Sil.

lilium *——tibi lilia plenis Ecce ferunt Nymphae calathis*. Virg.

Lilybe *Eminet ad Zephyrum Lilybe, Pachinusq; subortum* Pris.

Lilibeius *Et vada dura lego saxis Lilibeia caecis*. Virg.

lima *Defuit & scriptis ultima lima meis*. Ovid.

limo, as *Limat non odio obscuro morsuq; venenat*. Hor.

limatur *Formatur virtute Dei, limatur in artus*. Drac.

limavit *Limavit per membra virum de pulvere factum*. idem

limatus	*Comis & urbanus fuerit limatior idem,*	Hor.
Limatulus	Vide Limatus & Beatulus.	
Limatura	Vide Idem & Natura,	
limacem	*Limacem pariter nunc sibi tracta petat.*	Euch.
limax	*Implicitus conchæ limax hirsutaq; campo.*	Colú.
limen	*Limen ad obscœnum frangam.*	Pers.
limine	——— *Et Hylax in limine latrat.*	Virg.
liminibus	*Liminibus peccas, nec tua furta tegis.*	Mart.
limes	*Limes agro positus, litem ut discerneret arvis.*	Virg.
limite	——— *& lato te limite ducam.*	idem
limitibus	*Vos male de nostris pellite limitibus.*	Tibul.
Limito, as	Vide Limitis.	
Limone	*Solaq; Limone, ne pœnam sentiat istam.*	Ovid.
limpidus	*Gaudete vosq; limpidi lacus unde,* Scaz.	Catul.
limus, adject.	*Altera nam memini limis subrisit ocellis.*	Ovid.
limus, vestis	*Velati limo & verbena tempora vincti.*	Virg.
limus, lutum	*Limus ut hic durescit, & hæc ut cera liquescit,*	idem
limosus	*Limosoq; lacu, per noctem obscurus in ulva.*	idem
linea	———*mors ultima linea rerum.*	Horat.
lineatus	*Bene lineatam si semel carinam collocavit,* Jam.	Plau.
Lingones	*Pugnaces pictis prohibebant Lingones armis.*	Luca.
Lingonus	*Lingonus à recta flamineâq; recens.*	Mart.
Lingonicus	*Lingonicis agedum tumeat tibi culcitra lanis.*	idem
lingula	*Sine mihi gerere morē, videar lingua, verū lingula*	Tert.
Linio, is	Vide Liniantur.	(Næv.
linit	*Hic paret monicis & linit ora luto.*	Ovid.
liniantur	*Neve tua Medæ liniantur cæde sagittæ.*	Prop.
linire	*Accipiant inimicum imbrem, memor esto linire.*	Alci.
lino, is	*Spiramenta linunt, fucoq; & floribus oras.*	Virg.
linendus	*Posse linenda cedro, & levi servanda cupresso.*	Ovid.
linuntur	——— *auro sublimia tecta linuntur.*	Horat.
linuntur	*Nec quæ Cellaico linuntur auro,* Phal	Mart.
linitur	*Hoc linitur sputo Jani caryota calendis.*	Idem
linum	*Urit enim campum lini seges urit avenæ.*	Virg.
linorum	*Idcirco & primas linorum tangere messes.*	Grat.
lineus	*Non valuit, nodos ac vincula linea rupit.*	Virg.
liniger	*Nunc dea linigera colitur celeberrima turba.*	Ovid.
Linus vir	*Orphei, Calliopea, Lino formosus Apollo.*	Virg.
Linus	*Nec linus, huic mater quãvis atq; huic pater adsint.*	Idē
linteolum	*Succum linteolo suggerit ebrio,* Chor.	Prud.

Venerit

linguas	*Venerit in linguas, unde istud dedecus, in quo,*	Perſ.
linguis	*Ite igitur pueri linguis animisq; faventes.*	Juvl.
lingulaca	*Et lingulaca eſt nobis, nam nunquam tacet,* Jamb:	Pla.
linquebat	*Jamq; vale, ſimul his dictis linquebat habenas.*	Virg.
linquere	*Linquere pollutum hoſpitiũ. & dare claſſib. Auſtros*	Idẽ
linquêre fut.	*Alitibus linquêre feris, aut gurgite merſum.*	Idem
linquimus	*Grajugenũq; domos, ſuſpectaq; linquimus arva.*	idem
linteones	*propola, linteones, calceolarii,* Jamb	Plaut.
linter	*Exiguus pullæ per vada linter aquæ.*	Tibul.
Lipara	*Ignifluis genuit Lipara fumoſa cavernis.*	Claud.
Liparæus	*Brachia Vulcanus Liparæa nigra taberna.*	Juvn.
Liparenſibus	*Stravit ſub Liparenſibus caminis,* Phal.	Sido.
lippus	*Vappa & lippus & in tenui farragine mendax.*	Perſ.
lippitudo	*Oculus hujus, lippitudo mea, mel hujus, fel meum*	Troc.
liquavit	*——ereptaq; tela liquavit,* Lucan.	(Plaut.
liquata	*Sumere & expreſſis mella liquata favis.*	Ovid.
liquabilis	*Diriguit fragili ſaxumq; liquabile facta.*	Prud.
Liquamen	Vide liquo & Liquamen.	
liquitur	*Liquitur & Zephyro putris ſe gleba reſolvit.*	Virg.
liquentia	*Educunt fœtus aut cum liquentia mella.*	Idem
liquefacio	*Cogit hyems eademq; calor liquefacta remittit.*	idem
	Omentum in flamma pingue liquefaciens.	Catul.
liquefio	*Sic mea perpetuis liquefiunt pectora curis.*	Ovid.
liqueſco	*Sic mea perpetuis liqueſcunt pectora curis.*	Idem
	Si quidam legunt.	
liqueſco	*Vulnificusq; chalybs haſta fornace liqueſcit.*	Virg.
	De nive manantis more liqueſcit aquæ.	Ovid.
liqui	*Impudens liqui patrios penates,* Sapph.	Horat.
liquere	*Clauſa domus, menſasq; metu liquere priores,*	Virg.
liqueris	*Liqueris Anchiſen, ſuperet conjúxne Creüſa.*	idem
liquimus	*Liquimus hic nimium ne gaudia noſtra morentur*	Arat.
liquidus	*Craſſaq; conveniunt liquidis, & liquida craſſis.*	Lucre.
liquidiſſimus	*Et leviora aliis alia & liquidiſſimus æther,*	Idem
liquidiuſculus	*Liquidiuſculusq; ero: quam ventus eſt favonius.*	Tro.
liquor	*Pondus uti ſaxi, calor ignis, liquor aquai.* Lucre.	(Plau.
	Fiet uti cibus omnis & aridus & liquor ipſe.	Idem
liquore	*Caſtaneæ & multo paſta liquore vigent.*	Palla.
liquoribus	*Spongia cum tepidis annexa liquoribus imbris.*	Seren.
Liquetia	*Quales aëriæ Liquetia flumina circum.*	Virg.
Lira	Vide Delirus.	

Vide

Liro, as	Vide Deliro.	
Liriope	*Cærula Liriope, quam quondam flumine curvo.*	Ovid.
Liris vir	*Tum Lirim Pagasumq; super , quorum alter habenas,*	(Virg.
Liris fl.	Vide Lyris.	
Lis	*Lis est cum forma magna pudicitiæ.*	Ovid.
lite	*Insequeris tamen hunc, & lite moraris iniqua.*	Hora.
lites nom.	*Expectandus erit, qui lites inchoet annus,*	Juv.
litibus	*Litibus implicitum mirabor si sciet inter.*	Horat.
Litium	*Litium & rixæ cupidos protervæ,* Sapph.	idem
litigo	*Litigat & podagra Diodorus Flacce, laborat.*	Mart.
litigium	*Litigiũ est tibi cum uxore, hoc mihi abs te caveo cautius.*	
litigiosus	*Auribus atq; oculis mentem nisi litigiosus.* Horat.	(Pl.
litera	*Ista Mycenæa litera facta manu.* Ovid.	(Hept, Prud.
literarum	*Dum liber ullus erit, dum scrinia sacra literarum.*	Arch.
literator	*Munus dat tibi Sylla literator,* Phal.	Catul.
literula	*At me literulas stulti docuere parentes,*	Mart.
Litargyrus	Ἐχθομένη δ᾽ σε μή τι λιθάργυρος ἀλγινόεσσα	Nican.
litura	*Emendare jocos una litura potest.*	Mart.
litus adject.	*Ardentes auro & paribus lita corpora guttis.*	Virg.
litus subst.	*Militia ex illa diversum ad litus adacti.*	idem
litoris	*Has autem terras Italiq; hanc litoris oram.*	idem
litoribus	*Tu quoq; litoribus nostris Æneia nutrix.*	Idem
litoreas	*Litoreas agitabat aves turbamq; sonantem.*	idem
litoreis	*Litoreis ingens inventa sub ilicibus sus.*	idem
litoralis	*Nec ulla vota litoralibus diis,* Jãb. pur.	Catul
litabat	*Pastor & ad calamos exta litabat ovis.*	Prop.
litabis	*Et quia tam parvum est, sed nullo thure litabis.*	Pers.
litatus	——*sacrisq; litatis indulge hospitio.*	Virg.
litamen	*Cujus litamen sordet, & terram sapit,* Jamb:	Prud.
litaturus	*Sacra litaturo fecit honore Lacer.*	Jul. Lac
lituus	*Et lituo pugnas insignis obibat & hasta.*	Virg.
liticen	*Desides Bajæ, liticenq; novus,* Sapph.	Stat.
liveo, es	*Albanæ livere potest pia quercus olivæ.*	Mart
liventibus	*Prima mihi variat liventibus uva racemis.*	Prop.
livesco	——*nec enim livescere fas est.*	Clau
livida	*Factaq; lascivis livida colla notis,*	Ovid
lividus	*Vel quicunq; tuo carpetur lividus auctu,*	Serei
lividulus.	*Omnia tunc quibus invideas, si lividulus sis.*	Juve
Livius	*Pellibus exiguis arctatur Livius ingens.*	Mar
Livia	*Adjecere sacrum fieret quo Livia Juno.*	Prud

delen-

Livi	—— *delendaq; carmina Livi Esse reor.*	Hor.
Livor	*Livor edax tibi cuncta negat.*	Luca.
livorem	*Uvaq; conspecta livorem ducit ab uva.*	Juvl.
livoribus	*Et nigram in facie tumidis livoribus offam.*	Idem
lixivium	*Tunc lixiva cinis ceras dissolvit & ova.*	Seren.
Locri	*Hic & Naricii posuerunt mœnia Locri.*	Virg.
	Huc se prisca Locri gens intulit & sale longo.	Avien.
Locris	*Et Locris & patuli sulcator Thessalus agri.*	idem
Locridis	*Locridis, inde solum sequitur regionis & ora.*	Prisc.
locus	*Sit locus & nostris aliqua tibi parte libellis.*	Mart.
loca	*Nimborum in patriam loca fœta furentib austris.*	Virg.
locis	*Omnibus umbra locis adero, dabis improbe pœnas.*	idem
locos	*Devenere locos, ubi nunc ingentia cernis*	Idem
locorum	*Pone subit conjux, ferimur per opaca locorum.*	Idem
Locusta prop.	*Instituitq; rudes melior Locusta propinquas.*	Juvn.
locusta appel.	*Bruchus & excusso confidens crure locusta.*	Alcim.
loco, as	*Pocula gramineoq; viros locat ipse sedili.*	Virg.
locabat	*Conservus vili portanda locabat in arca.*	Horat.
locavit	*Aurea composuit sponda, mediamq; locavit.*	Virg.
locarius	*Hermes divitiæ locariorum*, Phal.	Mart.
locata	*Inter utrasq; igitur ferri natura locata.*	Lucre.
locatus	*Jussit & humana qua parte locatus es in re,*	Pers.
locuples	*Orbus es & locuples & Bruto consule natus,*	Mart.
locupletem	*Tu me fecisti locupletem, vescere sodes.*	Horat.
locuplete	*In locuplete penu defensis pinguibus umbris.*	Pers.
locupletibus	*Æquè pauperibus, prodest locupletibus æquè.*	Horat.
locupletior	*Sic festinanti semper locupletior obstat.*	idem
locupleto, as	Vide Locupletem.	
locellus	*Munus erit, nihil est ipse locellus erit.*	Mart.
loculus	*Hos nisi de flava loculos implere moneta.*	idem
Loculamentum,	Vide Loculus & Fundamentum.	
Loculatus	Vide Loculus & Armatus.	
Loculosus	Vide Idem & Frondosus.	
locutus	*Sederat injusto multa locuta salo.*	Prop.
locutio	*Fescennina locutio*, Choriamb.	Catul.
locuturus	*Grandè locuturi nebulas Helicone legunto.*	Pers.
locutulejus	*Sueta locutuleis frendet succumbere ranis.*	Alcim.
lodix	*Magnæ mentis opus, nec de lodice paranda.*	Juven.
lodicula	Vide lodix & nutricula.	
logodædalus	*Ex logodædalia stridet modo quod nimium trux.*	Auso.

logos	*Quæ logos aut methodus cuiq; experientia nomen,*	Auſ.
logicus	*Phyſica vel logico, logicum vel jungit ad ethos,*	Sido.
Logice	Vide Logos & Magicus.	
loligo	*Loligo duriq; Sues ſinuoſaq; Caris.*	Ovid.
loliginis	*Fugerit, hic nigræ ſuccus loliginis, hæc eſt,*	Hor.
lolium	*Infelix lolium & ſteriles dominantur avenæ,*	Virg.
lomentum	*Lomento rugas uteri, quod condere tentas.*	Mart.
longævus	*Fit Beroe Iſmarii conjunx longæva Dorycli.*	Virg.
	Signaq; ferre jubent, retinet longævus aruſpex.	Idem
longanimis	Vide Animus.	
Longarenus	*Excluſus fore, cùm Longarenus foret intus,*	Horat.
longè	*Julia quà ponto longè ſonat unda refuſo.*	Virg.
longinus	*Longinum, & magnos Senecæ prædivitis hortos.*	Juvl.
longiter	*Sola neq; à nervis & ſanguine longiter errat.*	Lucre.
longitudinis	*Non plus habere longitudinis modo.*	Avien.
longulus	*Ingreſſus fluvium rapidum ab urbe haud lõgulè,*	Jãb. Pl.
longus	*Longus in occaſum, fines ſuper usq; Sicanos.*	Virg.
longas	*Sæpe queri, & longas in fletum ducere voces.*	idem
longis	*Candida venit avis longis inviſa colubris.*	idem
longos	*Flammarum longos à tergo albeſcere tractus.*	idem
longior	*Si mihi non hæc lux toto jam longior anno eſt.*	idem
longarum	*Hic labor extremus longarum hæc meta viarum,*	Idem
longorum	*Et longorum operum finis, ne fortè pudori.*	Horat.
longiſſima	*Fortia facta patrum, ſeries longiſſima rerum.*	Virg.
longius	*Te capiet magis, & quædam ſi longiùs obſtes.*	Horat.
Lopadas	*Surrenti Lopadas, glaucum Cumas apud, at quid*	En.
loquor	*Quid loquor, aut ubi sũt, quæ mẽtẽ inſania mutat.*	Virg.
loquimur	*Secreti loquimur, tibi nunc hoc tante Camœna.*	Perſ.
loquitur	*Hæc loquitur, juguloq; haud inſcius accipit enſem.*	Virg.
loquebaris	*Cum ſubitò abires, dum fugis, loquebaris,* Scaz.	Mart.
loquar	*Quid loquar, aut Scylla Niſi, quã fama ſecuta eſt.*	Virg.
loqueris	*De fine pœnæ loqueris, ego pœnam volo,* Jamb.	Senec.
loquax	*Nec loquax olim, neq; grata nunc &,* Sapph.	Horat.
loquaci	*Oppoſitis humeris aurem ſubſtringe loquaci.*	Hor.
loquacibus	*Improbus ingluviem, raniſq; loquacibus explet.*	Virg.
loquacitatis	*Loquacitatis impudentiam probans,* Jamb.	Sido.
	Da ſacri laticis loquacitatem, Phal.	Idem
loquacula	*At flagrans, odioſa, loquacula lampadion fit.*	Lucre.
loquaciter	*Scribetur tibi forma loquaciter & ſitus agri.*	Horat.
loquamur	*Quicquid venerit obvium loquamur,* phal.	Mart.

Sciro

loquaris	*Scire cupis, quo casta modo matrona loquaris.*	Mart.
loquatur	*Unum pro multis fama loquatur opus.*	idem
loquela	*Circumfusa super suaves ex ore loquelas.*	Lucre.
loquentis	——— *totoq; loquentis ab ore.*	Virg.
loquutus	*Ut ventum ad cœnã est dicenda, tacenda loquutus.*	Hor.
loquitatus	*En tu loquitatus ne es gnato meo malè.*	Plaut.
lora potus	*Vel modius tantum & signum de paupere lora.*	Juvl.
lorum	——— *curruq; volans dat lora secundo.*	Virg.
loreus	*Inde catenarum tractus, hinc lorea flavus.*	Prud.
Lorarius	Vide Lorum & Aquarius.	
loripes	*Loripedem rectus deridet Æthiopem albus.*	Juvl.
lorica	*Et loricarum vasto sub tegmine gaudet.*	Alcim.
Loricula	Vide Lorica & Cornicula.	
Loth	*Loth ingressus iter nec mœnia respicit alto.*	Prud.
Lotis, dis	*Omnibus ex illis Lotide captus erat.*	Ovid.
Lotos arbor	*Annicolæq; simul salices & aquatica lotos.*	Ovid.
	Palladius tenero lotos ab ore sonat.	Mart.
Lotophagus	*Illo Lotophagos, illo Sirenas in antro.*	Ovid.
Lotophagorum	*Hospitiis gaudens gens degere Lotophagorum.*	Prisc.
lotium	*Hoc te ampliùs bibisse prædicet loti,* Scaz.	Catul.
Lotura	Vide Loturus, Lavo & natura.	
lotus	*Lotus & Hesperia quid capricornus aqua.*	Prop.
loturus	*Lenio lotura sibi Surrentina rogavit.*	Pers.
lubet	*Neu tibi lubeat foras abire,* Phal.	Catul.
lubesco	*Nostrisq; suada quo lubescat nisibus,*	Capel.
lubenter	*Lascivibundum tam lubenter currere,* Jamb.	Plaut.
Lubentia	Vide Lubenter.	
lubrico, as	*Qui Lacedæmonium pytismate lubricat orbem.*	Juvl.
lubricus	*Dixerat hæc, adytis cùm lubricus anguis ab imis.*	Virg.
Luca	*Ut nunc sæpe boves Lucæ ferro malè mactæ.*	Lucre.
Lucania	*Sive quod Appula gens, seu quod Lucania bellum*	Hor.
Lucanæ	*Quod me Lucanæ juvenum commendet amicæ.*	idem
Lucanorum	*Tunc Lucanorum regio insurgentibus altè.*	Avien.
Lucanicus	*Filia Picenæ venio Lucanica porcæ.*	Mart.
Lucagus	*Interea bijugis infert se Lucagus albis.*	Virg.
Lucas	*Quid cum sanctiloquus revoluto germine Lucas.*	Prud.
Lucensis	*Libertum docti Lucensis quære secundum.*	Mart.
luceo, es	*Ut mihi perpetuo luceat igne focus.*	Tibul.
lucebit	*Lucebit Latia culta fenestra nuru.*	Mart.
lucere	*Cerea sub tenui lucere cydonia lana.*	Calph.

lucescit	*Jamq; novum terræ stupeant lucescere solem.*	Virg.
Luceres	*Hinc Tatius Ramnesq; viri Luceresq; coloni.*	Prop.
Luceribus	*Quosq; vocant Ramnes Luceribusq; dedit.*	Ovid.
Luceria	*Tonsæ Luceriam non cit haræ decent,* Chor.	Horat.
lucerna	*Totq; geram myxos una lucerna vetor.*	Mart.
Lucernula	Vide Lucerna & Bucula.	
Lucetius	*Lucetium portæ subeuntem, ignesq; ferentem,*	Virg.
Luce	*Luce sacra requiescit humus, requiescit arator.*	Tibul.
Lucis	*Lucis & auctores non dare carmen aves,*	Prop.
lucibus	*Nosq; & profestis lucibus & sacris,* Alcaic.	Hor.
lucidus	*Nec facundia deseret hunc nec lucidus ordo.*	idem
lucifer	*Et vigil Eois lucifer exit aquis.*	Ovid.
luciferis	*Venturum paucis me tibi luciferis.*	Prop.
lucifluus	*Ast ubi lucifluum reddet sol tertius ortum.*	Juvnc.
lucifugus	*Hic & lucifugæ posuere cubilia blattæ.*	Virg.
Lucigena	Vide Martigena.	
Lucilius	*Scipiadum ut sapiens Lucilius, haud mihi deero.*	Horat.
Lucina	*Gratia lucinæ dedit hæc tibi nomina lucus.*	Ovid.
Lucius	*Sæpe mihi dicis luci clarissime Juli.*	Mart.
lucisator	*O crucifer bone lucisator,* Dactyl.	Prud.
Lucomedius	*Tempore quo sociis venit Lucomedius armis.*	Prop.
Lucretia	*Et gravis incumbens casto Lucretia ferro.*	Claud.
Lucretius	*Carmina sublimis tunc sunt peritura lucreti.*	Ovid.
	Non Lucilius hic lucretiusq; est, phal.	Sidon.
Lucretilis	*Velox amœnum sæpe lucretilem,* Alcaic.	Hor.
lucrum	*Sperne lucrum, vexat mentes vesana libido.*	Virg.
	Et faciet lucrum bibliopola Triphon.	Mart.
lucrifacio	*Tyrius coloris optimi lucrifecit,* Scaz.	Idem
lucrificus	*Quæ istæc fortuna lucrifica est, istas quæ norunt roga,*	Pl.
lucrificabilis	*Næ hic tibi dies illuxit lucrificabilis,* Jamb.	idem
lucrifuga	*Bona dat, cum hos huc adigit lucrifugas damni.*	Idem
lucripeta	*Lucripetæ fœnus fœneratur postulans,* Jamb.	Idem
lucrosus	*Cur mihi sit damno, tibi sit lucrosa voluptas.*	Ovid.
lucror	*Caussa mali tanti, jacet interfecta lucrandi.*	Prud.
lucellum	*Quid purè tranquillet honos an dulce lucellum.*	Horat.
Lucrinus	*An memorem portus Lucrinoq; addita claustra.*	Virg.
luctamen	*——— remo ut luctamen abesset.*	idem
	Nosq; lacessito vocet ad luctamina vero.	Prud.
luctamur	*Psallimus & luctamur Achivis doctius unctis.*	Horat
luctando	*Luctando claudum & tabidum,* Jamb.	Prud.

luctatur	*Sævit & infracta luctatur arundine telum.*	Virg.
luctatus	*Nã & luctata canis, nodum arripit, attamen illa.*	Perſ.
luctere	*Luctere multa proruet integrum,* Alcaic.	Horat.
luctificus	*Luctificus Titan nunquam magis æthera contra.*	Luc.
luctificus	*Luctificus Auſter, nec parum pluvio æthere,* Jam.	Senc.
luctificabilis	*Antiopa ærumnis cor luctificabile fulta,*	Perſ.
luctiſonus	*Et gemitu & lacrymis & luctiſono mugitu.*	Ovid.
luctus nomin.	*Luctus ut in Druſo publicus ille fuit.*	Pedo.
luctus genit.	*Scilicet immunis ſi luctus una fuiſſet.*	Idem
luctuoſus	*Heſperiæ mala luctuoſa,* Dact. Troch.	Hora.
lucubro, as	*Hæc dat nocturnis nox lucubrata camœnis.*	Mart.
luculentus	*Nec dictat mihi luculentus Attis,* Phal.	Idem
luculenter	*Mea lingua Chriſtus luculenter diſſeret,* Jamb.	Prud.
luculentitas	*Vide luculentitatem ejus & magnificentiam,*	Cæcil.
Lucullus	*Nec fueris hic tu chlamydes Lucullus ut ajunt*	Horat.
Lucumon	*Anticyramq; bibas Samii Lucumonis acumen.*	Auſo.
Lucumonius	*Tempore quo ſociis venit Lucumonius armis.*	Prop.
lucus	*Lucus in urbe fuit media lætiſſimus umbræ.*	Virg.
lucis	*Nulli certa domus lucis habitamus opacis.*	idem
lucos	*Idalia lucos, ubi mollis amaracus illum.*	idem
ludo, is	*Credite non ludo crudeles tollite claudum.*	Hor.
ludas	*Quale prius ludas opus aut meretricis amore.*	idem
ludit	*Auditus an me ludit amabilis* Alcaic.	idem
ludebam	*Hic ego Pieria ludebam tutus in umbra*	Mart.
ludebat	*Has inter ludebat aquis errantibus amnis.*	P. Arb.
ludere	*Ludere par impar, equitare in arundine longa.*	Horat.
luderet	*Luderet Æneas, qui te tantum ore referret.*	Virg.
ludet	*Ludet & ex virgis exſtruet arte caſus.*	Tibul.
ludia	*Hermes cura laborq; ludiarum,* Phal.	Mart.
ludibrium	*Quid te vana juvant miſeræ ludibria chartæ.*	Idem
ludibrium	*Ludibrium necis horreſcens vis aſpera Ponti.*	Sil.
ludibuudus	*Hæc ludibundus dixerat,* Jamb,	Prud.
ludimus	*Ludimus innocuis verbis hoc jure potentis.*	Mart.
ludite	*Nunc hilares ſi quando mihi nunc ludite Muſæ.*	Idem
luditis	*Vos precor ô luci ſacro quæ luditis antro.*	Prop.
ludius	*Ludius æquatam ter pede pulſat humum.*	Ovid.
ludus	*Ludus enim genuit trepidum certamen & iram.*	Hora.
ludis	*Et ludis & poſt deciſa negotia campo.*	idem
ludos	*Nunc urbem & ludos & balnea villicus optat.*	Idem
ludorum	*Dulce decus ſcenæ ludorum fama Latinus.*	Horat.

—nec

ludicrus adj.	——— *nec enim levia aut ludicra petuntur.*	Virg.
ludicrum sub.	*Nunc itaq; & versus & cætera ludicra pone.*	Hora.
ludifico	*Ut puerorum ætas improvida ludificetur.*	Lucre.
luditur	*Tot bellatorum si luditur alea pernox.*	Juvl.
lusi	*Luserat insignis facie.*	Virg.
lusit	*Multa malus simulans vana spe lusit amantem.*	idem
lusor	*Lusori cupido semper gravis exitus instat.*	idem
Lusorius	Vide Lusor & Uxorius.	
lusus	——— *virgineis exercent lusibus undas,*	Ovid.
luela	*Est insignibus insignis sceleris q; luela.*	Lucre.
luere	*Pro vobis fœdus luere, & decernere ferro.*	Virg.
luetis	*Vos mihi non simili pœna commissa luetis.*	idem
luimus	*Laomedonteæ luimus perjuria Troiæ.*	Idem
lues	*Arboribusq; satisq; lues & lethifer annus.*	idem
Lugdunum	*Lugdunumq; tuam dum præteris aspice victor.*	Sidon.
Lugdunensis	*Aut Lugdunensem rhetor dicturus ad aram.*	Juvn.
lugebat	*Dissimilesq; sui fratrem lugebat ademptum.*	Ovid.
lugendo	*Lugendo faciet advoca in planctum genas,*	Jamb. Sen.
luget	*Graviora passa luget Andromache Hectorem.*	Jam. Idē
lugere	*Sed lugere nefas, nam, qua te parte reliquit,*	Mart.
lugeret	*Dardanus, & versis lugeret Græcia fatis.*	Virg.
lugubris	*Qui gurges aut quæ flumina lugubris,* Alcaic.	Horat.
	Sanguinei lugubre rubent, aut Sirius ardor.	Virg.
Lumbago	Vide Sartago.	
lumbos	*Mantica cui lūbos onere ulceret atq; eques armos*	Horat.
lumbis	*Cerea si pendet lumbis & trita lacerna.*	Mart.
lumbricus	*Lumbricus terræ mixto inducetur olivo.*	Seren.
	Et lumbricus edax, vivant inimica creanti.	idem
lumbricos	*Sed prodest, terræ lumbricos indere tritos.*	Idem
lumen	*Sicut atque tremulum labris ubi lumen ahenis.*	Virg.
luminis	——— *hyberni luminis ignes.*	Idem
luminicus	*Luminibus flammæ arrectis.*	idem
luminat	*Haud aliter solis radius cùm luminat omnes.*	Prud.
Luna urbs	*Caseus Hetruscæ signatus imagine Lunæ.*	Mart.
	Lunaï pretium est opere cognoscere cives.	Enni.
luna sidus	*Defectus lunæ varios solisq; labores.*	Virg.
lunarius	*Lunari subjecta globo.*	Claud.
lunaribus	*At cùm summotus lunaribus incrementis.*	Sido.
luno, as	*Lunavitq; genu sinuosum fortiter arcum.*	Ovid.
lunatus	*Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis.*	Virg.

Vide

Lunaticus Vide Venaticus.
lunula *Lunulã atq; anellũ aureolũ in digitũ memini mi homo.* Pl.
lupa *Rava decurrens lupa Lanuvino.* Sapph. Hor.
Adjicis & rapidæ tradis ovile lupæ. Ovid.
luporum *——Genus acre luporum,* Virg.
lupus *Torva leæna lupum sequitur, lupus ipse capellam.* Idem
lupis *Per noctem resonare lupis ululantibus urbes.* idem
lupos *Auditisq; lupos acuunt balatibus agni.* idem
Luparius Vide Lupus & Aquarius.
lupor, aris *Consilium fas si placeat tu impunè luparis.* Lucil.
lupanar *Instravit calidum veteri centone lupanar.* Juvl.
lupanaris *Fœda lupanaris tulit ad pulvinar odorem.* idem
luparum *Verbera dura pati, & duris parere lupatis.* Virg.
lupinus adject. *Nec non & jecoris quæretur fibra lupini.* Seren.
Lupodunum *Hostibus exactis Nicrum super & Lupoduuum.* Auf.
Lupia fl. Vide Lupodunum.
Lupercus *Quippe lupercus equi dum saucia protegit ora.* Prop.
lupercal *Rettulit & gelida monstrat sub rupe lupercal.* Virg.
lupinus subst. *Nec tamen ignorat quid distent erva lupinis.* Hor.
lurcones *Vivite lurcones, comedones, vivite ventres.* Lucil.
lurcaretur *Ut lurcaretur lardum & carnaria furtim.* Idem
Luridus *Lurida terribiles miscent aconita novercæ.* Ovid.
luror *Arquati, quia luroris de corpore eorum.* Lucre.
Luscinia *Lusciniæ tumulum si Thelesina dedit.* Mart.
lusciniola *Pol ego quoq; metuo lusciniolæ ne defuat cantio.* Plaut.
luscitiosus *Quid jam? quia luscitiosus, verbero ædepol tu quidẽ.* Idẽ
luscis *Perdidit ille oculos & luscis invidet hujus.* Juvl.
Lusitanus *Hos Viriatus agit Lusitanumq; remotis.* Sil.
lusito, as *Aut anates aut coturnices dantur qui cum lusitent.* Pla.
lustrabat *Jam dudum & totum lustrabat lumine corpus.* Virg.
lustrabimus *Reddemus nymphis & cum lustrabimus agros.* Idem
lustralis *Perpetui tergo bovis & lustralibus extis.* idem
lustramus *Quisquis adest faveat, fruges lustramus & agros.* Tibl.
lustratus *Lustratam Rhodopen, ut mihi devio,* Chor. Horat.
lustravit *Lustravit amnes, fregit impositas trabes,* Jamb. Senec.
lustravere *Lustravere, in equis ululatusq; ore dedere.* Virg.
lutum, cœnũ *Vixisset canis immundus, vel amica luto sus.* Horat.
lutulenta *Ten' lapides varios lutulenta radere palma.* Idem
lutulentus *Cùm flueret lutulentus, erat quod tollere velles.* idem
lutatus *Compositus lecto, crassisq; lutatus amomis.* Pers.

Lutatius *Æquoreis victor cum classe Lutatius armis.* Sil.
luto,as *Nec lutet immundum nitidos ceroma capillos.* Mart.
lutabit *Incipient, nidosq; reversa lutabit hirundo.* Calph
Lutarius] Vide Lutum & Contrarius.
Lutetia Græcè λευκοτεκίαν vocant.
lutesco *Sanguine diluitur tellus, cava terra lutescit.* Furi.
luteus *Defigit Rheni luteum caput, hæc ego ludo.* Horat
lutilo,as *Eosdē lutilāt, quos collaudāt, his ego de artibus gratiam* (Plaut.
lutum herba *——jam croceo mutabit vellera luto.* Virg.
luteus *Aurora in roseis fulgebat lutea bigis.* Virg.
luteolus *Mollia luteola pingit vaccinia caltha.* Idem
lutus,i.e.,locus *Dum redit & terram lūto ferit intestino.* Juvl.
luxibus *Tristia præteriti nimiis sub luxibus ævi.* Prud.
luxuria *Luxuriam premeret cum crastina semper egestas.* Mart.
luxuriosa *Pollicita est nulla luxuriosa mora.* idem
luxuriosus *Hausisti patrius luxuriosus opes.* idem
luxuriosorum *Luxuriosorum convivia concelebrabat.* Juvn.
luxuriantia *Luxuriantia compescet, nimis aspera sano.* Horat
luxuriantibus *Quas cantu & modulis luxuriantibus,* Chor. Sidon
luxurio, as *Luxuriant animi rebus plerumq; secundis.* Tibul
luxuriaris *Quod vomis Antoni, quod luxuriaru Apici.* Mart.
luxurior *Me facit, & tenues luxuriantur opes.* idem
luxurieris *Pictis luxurieris umbilicis,* Phal. Idem
luxurietur *Pendeat & quantus luxurietur honos.* Idem
Lyæus *Legiferæ Cereri, Phœboq; patriq; Lyæo.* Hora
Lybdanus *Lybdanus est tellus, Camæ vicina fluento.* Avien
Lycabetus *Vitibus & pingui melior Lycabetus oliva.* Stat.
Lycambes *Archilochi non res & agentia verba Lycambem.* Hor:
Lycambeus *Tincta Lycambeo sanguine tela dabit.* Ovid.
Lycaon *Plejadas, Hyadas, claramq; Lycaonis Arcton.* Virg.
Lycaones *At contra faciles, magniq; Lycaones armis.* Grat.
Lycaonia *Ecce Lycaoniæ proles ignara parentis.* Ovid.
Lycas *Inde Lycam ferit exsectum jam matre peremta.* Virg.
Protinus Anteū & Lycam prima agmina Turni idem
Lyce *Audivere Lyce sis anus, & tamen,* Choriamb. Hor.
Lycæum *—— gelidi flexerunt saxa Lycæi.* Virg.
Lyceus *Faunus in Arcadia templa Lyceus habet.* Ovid.
Lychnuchus Græcè λύχνουχος.
Lycia *Finibus in Lyciæ, longo Dea fessa labore.* Ovid.
Lycidas *O Lycida vivi pervenimus, advena nostri.* Virg.

Me

Lycinia	*Me dulcis dominæ Muſa Lyciniæ,* Chor.	Hor.
Lycinna	*Imbuit heu nullis capta Lycinna datis,*	prop.
Lycinus	*Tonſori Lycino commiſerit ô ego lævus.*	Horat.
Lycimnia	*Mæonio regi quem ſerva Lycimnia furtim,*	Virg.
Lyciſca	*—— multum latrante Lyciſca.*	idem
Lycius	*Hunc peditem pedes & Lycius proceſſerat Agis,*	idem
Lyciorum	*Qua ſe Xanthus agit Lyciorum tenditur ora.*	Avien.
Lycomedes	*—— Sit virgo pii Lycomedis Achilles,*	Stat.
Lycophron	*Utq; cothurnatum periiſſe Lycophrona narrans,*	Ovid.
Lycoris	*Galle quid inſanis inquit tua cura Lycoris,*	Virg.
Lycoride	*Et modo formoſam quam multa Lycoride, Gallus,*	pro.
Lycormas	*Arſurusq; iterum Xanthus flavusq; Lycormas,*	Ovid.
Lycotas	*Hæc Arethuſa ſuo mittit mandata Lycotæ.*	prop.
Lycurgus	*Thraces arant, acri quondam regnata Lycurgo,*	Virg.
Lycus vir	*Fata Lyci, fortemq; Gyan fortemq; Cloanthum,*	idem
Lycus fl.	*Huc Lycus, huc Sagaris, Peniusq;, Hypanisq;, Cratesq;.*	(Ovid.
Lyde	*Lyden, eburna dic age cum Lyra,* Alc.	Horat
Lydia	*—nō ſic Ægypt° & ingēs Lydia, nec populi Parthorū,*	Virg.
Lydius	*Ad terram Heſperiam venias, ubi Lydius arva.*	idem
Lydus	*Lydis remiſto carmine tibiis,* Alcaic.	Horat.
Lydorum	*Lydorumq; manum collectas armat agreſtes,*	Idem
Lygdamus	*Lygdamus ad cyathos, æſtiva utriq; ſupellex.*	prop.
Lygia	*Annos ſi tot habet Lygia trima eſt,* phal.	Mart.
Lymphatus	*Immenſam ſine more furit lymphata per urbem,*	Virg.
Lymphaticus	*Helleboro quoq; purgatur Lymphaticus error,*	Seren.
Lynceus	*pectora trajectus Lynceo Caſtor ab enſe,*	Ovid.
Lyncas ac. plur.	*Lyncas & cervos prohibentis arcis,* Sapph.	Horat.
lynceus adject.	*—— ne corporis optima lynceis Contemplare oculis,*	
lyncibus	*Lyncibus ad cœlum vecta Ariadna tuis,* prop.	(Idem
lyra	*Et movet auratæ pollice fila lyræ,*	Ovid.
Lyricen	Vide Lyricus.	
Lyricus	*Et Lyrici vates numero ſunt Mnemoſynarum,*	Auſ.
Lyris fl.	*—— & umbroſæ Lyris per regna Maricæ.*	Virg.
Lyris mul.	*Quid faciat vult ſcire Lyris, quod ſobria fellat.*	Mart.
Lyſander, Lyſimachus. Vide Lyſippus.		
Lyſias	*Comperit hæc Lyſias Pauli vulgante propinquo,*	Arat.
Lyſippus	*Gloria Lyſippo eſt animoſa effingere ſigna,*	prop.

M.

M finale in fluvidum & in circum. *Nam quod fluvidum eſt, è levibus atq; rotūdis.* (Luc.

Circumagi quendam volo visere non tibi notum. Mart.

Macæ — *Cathramis atq; Macæ contra sunt Persidis æquor.* Prisc

Macareus — *Vecte Peletronius Macareus in pectus adacto.* Ovid.

Maccabeis — *Cum Maccabeis fratribus,* Jamb. Prud.

Macedo — *Cum tibi sacrato Macedo servetur in antro.* Lucan.

Macedonius — *Qui clypeo gladioq; Macedoniaq; sarissa.* Ovid.

macellum — *Pernicies & tempestas barathrumq; macelli.* Mart.

Maceo, es — *Qui ossa atq; pellis totus, ita cura macet,* Jamb: Plaut.

Macer vir — *Castra Macer sequitur, tenero quid fiet Amori,* Tibul

macer adje. — *Eheu quàm macer est pingui mihi taurus in arvo.* Virg.

macros — *Pene macros arsit turdos dum versat in igne.* Horat.

Maceratus — Vide Maceror & Armatus.

Maceresco — Vide Maceror.

maceries — *Quamvis maceries florentes ambiat hortos.* Prud.

macero, as — *Contenta Phryne macerat,* Jamb. Horat.

maceror — *Maceror interdum, quod sim tibi causa doloris.* Ovid.

maceratus — *Ubi sunt ea, aut qui sunt obsecro, satis sunt macerata* Pl.

Maces gens — *Erumpunt multisq; Maces Garamasq; Nomasq;.* Sil.

macesco — *Macesco & consenesco, tabesco miser,* Jamb: Plaut

Macetæ gens — *Et vos ite pares Macetumq; attollite nomen.* Aus.

Machabæa — *Atq; animos superans genitrix Machabæa viriles* Alcim

Machabæorum — *Et Machabæorum fortissima prælia fratrum.* Idem

machæra — ——*ames nomen victumq; machæra.* Juvn.

Machærophorus — Vide Machæra & Oenophorus.

Machaon — *Pelidesq; Neoptolemus, primusq; Machaon.* Virg.

Machaonas — *Quid tibi cum medicis dimitte Machaonas omnes* Mart

Machaonius — *Ille Machaonia vix ope sanus erit.* Ovid.

Machina — *Aut hæc in nostros fabricata est machina muros* Virg.

machinor — *Nam tibi præterea, quod machiner inveniamq;.* Lucre

machinator — *O machinator fraudis ô scelerum artifex,* Jamb. Senec

machinatus — *Exitia machinatus insolita efferar,* Jamb. idem

macies — *Quid macies ægri veteris quem tempore longo.* Juvl.

macie — *Cum subitò à silvis maciæ confecta suprema.* Virg.

macilentus — *Macilento ore, naso acuto, corpore albo, oculis nigris,* Pla.

macio, as — Vide macies.

macresco, is — *Ne nimis exhausto macresceret inguine gallus.* Mart.

macritudo — *Ossa atq; pellis sum misera macritudine.* Plaut.

macro, as — Vide macer.

Macrones — *Macrones post hos pariter, Phyliresq; sequuntur.* Prisc.

macra fl. — ——*nullasq; vado qui Macra moratus.* Luca.

Hunc

Macrinus vir	*Hunc Macrine diem numera meliore lapillo.*	Perſ.
mactabam	*Solemnes taurum ingentem mactabat ad aras.*	Virg.
mactabilis	*Tum fit odor vini plaga mactabilis inſtar.*	Lucre.
mactabo	*Et nigram mactabis ovem lucumq; reviſes.*	Virg.
mactabimus	*Nos tamen interea tenerũ mactabimus hœdum.*	Calph.
mactate	*Mactate ſaxis, vincite ærumnas meas,* Jamb.	Senec.
mactatus nõ.	*Hoſtia concideret mactatũ mœſta parentis*	Lucre.
partic.	*Thuricremas propter mactatus concidit aras.*	idem
mactavit	*Sic fatus meritos aris mactavit honores.*	Virg.
mactaverat	*Aut ſi quam ferro mactaverat ante ſacerdos.*	Idem
macte	*Macte nová virtute puer, ſic itur ad aſtra.*	idem
mactetur	*Pyrrhi manu mactetur, & tumulum riget,* Jamb.	Sen.
macula	*Rejice ne maculis infuſcet vellera pullis.*	Virg.
maculo, as	——— *maculavit ſanguine ferrum.*	Idem
maculatur	*Edita purpureo lucens maculatur amictu.*	Idem
maculavit	*Nec cruor ferrum maculavit atra,* Sapph.	Senec.
maculoſus	*Cerulea cui terga notæ maculoſus & auro.*	Virg.
madet	*Et madet aſſiduo lubricus imbre lapis.*	Ovid.
madebit	*Sparſaq; cœleſti rore madebit humus.*	Mart.
maderet	*Mœſtaq; civili cæde maderet humus.*	idem
madefacio	——— *virides madefecerat herbas*	Virg.
madefactus	——— *Tyrio madefactus tempora nardo*	Tibul.
madefio	*Emathiiq; iterum madefient cæde Philippi.*	Ovid.
madeſco	——— *Pluvioq; madeſcit ab auſtro.*	Virg.
madidus	*Dum ſedet & ſiccat madidas in carcere pennas.*	Juvnc.
madido, as	——— *ille novo madidantes nectare pennas.*	Claud.
mador	Vide Madeo.	
maduêre	*Et Cilices nymbis hic maduêre ſuis.*	Mart.
Mæandro	*Purpura Mæandro duplici Melibæa cucurrit.*	Virg.
Mæander	*Non ſecus ac liquidis Phrygius Mæander in undis*	Ovid.
Mæandrius	*Atq; etiam ut Phrygio fallax Mæandria campo.*	Prop.
Mæcenas	Vide Mecænas.	
Melanthyni	Ἐν δὲ μελανθύνων ξανθόες γένος, ἐν δὲ δελφινὶ.	Opp.
Mænala	*Interea miſtis luſtrabo Mænala Nymphis.*	Virg.
Mænalus	*Mænalus argutumq; nemus pinosq; loquentes.*	idem
Mænalius	*Incipe Mænalios mecum mea tibia verſus.*	idem
Mænalis	*Cumq; truci Borea Mænalis urſa videt.*	Ovid.
Mænas	*Seu ſequitur medias Mænas ut acta vias*	Prop.
Mænadas	*Ad matrẽ fugiet Pentheus, ad Mænadas Orpheus,*	Mar.
Mænades	*Mænades ô quantus tunc illis montibus ardor.*	Lucan.

Mænides	Βόσκονται μαινίδες ἰδὲ τρίγλαι ἠδ᾽ ἀθερῖναι.	Oppia.
Mæonides	*Mæonidæ incurrunt, tum fatis debitus Aruns.*	Virg.
Mæonius	*Perlege Mæonio cantatas carmine ranas.*	Mart.
Mæotæ	*Mæotæ primi salsam cinxere paludem.*	Avien.
Mæotidas	*Qui modò peltiferas fudit Mæotidas armis.*	Ovid.
Mæotis	*Mæotis Danaum Pentesilea rates.*	Prop.
	Longior antiquis visa Mæotis hiems.	Ovid.
Mæoticus	*Ut Mæotica nix minio si certet Ibero.*	Prop.
Mævius	Vide Mevius.	
magalia	*Miratur molem Æneas magalia quondam.*	Virg.
Magarsus	*Devolvens Hypanisq; vehit, rapidusq; Magarsus.*	Prisc.
mage	*Aspice num mage sit nostrum penetrabile telum.*	Virg.
Mageddæ	*Inde Mageddarum navi transcurrit in oras.*	Juven.
Magete	*Quo Magete sua gesta citent.*	Stat.
Magyni	*Quaq; Hebrus Tanaisq; Getas rigat atq; Magynos.*	Tib.
Magitus	*Finxerunt pariter librarius archimagiri.*	Juvnc.
Magis, dis	ὁ βοῦς ἐκεῖνος χ᾽ ἡ μαγὶς ἐκ τ᾽ ἀλφίτων.	Cra.
magis adver.	*Haud equidem invideo miror magis, undiq; totis.*	Virg.
Magister	*—— Grajis Elice servanda magistris.* Fin. hex.	Valer.
magisterium	*Cum mea ridebunt vana magisteria.*	Catul.
magistratus	*Jura magistratumq; legunt sanctumq; senatum.*	Virg.
Magnes	*Quem magneta vocant patrio de nomine Grajo.*	Lucr.
	Magnetum quia sit patriis in finibus ortus.	Idem
Magnesida	*Cur unquam Colchi Magnesida vidimus Argo.*	Ovid.
Magnesius	*Impellant ut eam Magnesia flumina saxa.*	Lucre.
Magnetes gens	*Et magnetes equis Minyæ gens cognita remis.*	Luca.
Magneticus	*——Venerem magnetica gemma figurat.*	Claud.
magnas	*Centum urbes habitant magnas uberrima regna.*	Virg.
magnus	*Per quem magnus equos Auruncæ flexit alumnos.*	Juvl.
magnos	*Aggredere ô magnos aderit jam tempus honores.*	Virg.
magnis	*Admittunt magnis opibus, dormitur in urbe.*	Juvl.
magnorum	*Ipse Mycenæas magnorum ductor Achivum.*	Virg.
magnalia	*Dat dextrā mancus, loquitur magnalia mancus.*	Tert.
	Signa movent populos, cernunt magnalia cœci.	Sedul.
magnanimus	*Magnanimum Æneam, neq; me sententia vertit.*	Virg.
Magnarius	Vide Contrarius.	
magnidicus	*Dum tuis ausculto magnidicis mendaciis.*	Plaut.
magnifico	*Magnificare hos, his bene velle, his vivere amicum.*	Luc.
magnificus	*I nunc magnificos victor molire triumphos.*	Ovid.
magniloquus	*Quæ tu magniloquus nocte dieq; sonas.*	Mart.

Magno-

magnopere	*Magnopere à vera lapsi ratione videntur,*	Lucre.
Mago	*Mago quatit currus,* Init. hexam.	Sil.
Magulla	*Communis tibi cum viro Magulla,* Phal.	Mart.
magus	*Nam magus ex matre & gnato nascatur oportet,*	Catu.
magi	*Hic pretiosa magi sub virginis ubere Christo.*	Prud.
magos	*Quiq; magos docuit mysteria vana Nechepsus.*	Auson.
magorum	*Adjutrixq; venis, cantusq; artesq; magorum.*	Ovid.
magia	*Nec non Thessalicæ doctissimus ille magiæ.*	Prud.
magicas	*Dulce caput, magicas invitam accingier artes.*	Virg.
magicos	*Hic magicos affert cantus hic Thessala vendit.*	Juven.
magicis	*Coralia & magicis adjurant cantibus herbas.*	Grat.
maguderis	*Sanun' es? seu tibi confidis fore multũ maguderim.*	Plau.
maja	*Multi ante occasum Majæ cepere sed illos.*	Virg.
Majan	*Majan & Electran Taygetamq; Jovi*	Ovid.
Majugena	*Nostri Majugenam pignoris incluti,* Chor.	Capel.
majus mensis	*Hinc sua majores tribuere vocabula Majo.*	Ovid.
majalis	Vide Majus & Feralis.	
majestas	*Majestas etsi funesta pecunia templo.*	Juven.
majestate	*Majestate manus, quid deinde loquere? Quirites.*	Pers.
majis	*Natalem Majis idibus esse tuum*	Prop.
major	*Quando major adhuc nec accubare.* Phal.	Mart.
majores	*Vendit agros sed majores Apulia vendit.*	Juvl.
majoris	*Turbæ ducem majoris & dominum stygis,* Jamb.	Senec.
majoribus	*Nate Dea nam te majoribus ire per altum.*	Virg.
Majoranus	*Majorane tuo, quem cur conscendere classem.*	Sidon.
majus adject.	*Majus ab exequiis nomen in ora venit.*	Prop.
majusculus	*Non major Thais ego quã sum majuscula est,* Jãb.	Ter.
malæ subst.	*——crepitant duro sub vulnere malæ.*	Virg.
malacha her.	*Et malachæ pronæ sequitur qua vertice solem.*	Colũ.
Malacha fl.	*Malachaq; flumen urbe cum cognomine.* Jamb.	Avien.
Malachim	*Zacharias vim passus & Angelus ipse Malachim*	Tert.
malagma	Vide Malacha.	
Malchinus	*Malchinus tunicis demissis ambulat, est qui.*	Horat.
Malchionis	*Hos Malchionis patimur improbi fastus,* Scaz.	Mart.
malè adverb.	*Jam sibi tum curvis malè temperat unda carinis*	Virg.
maledico	*Potores vel quod maledicunt liberius, vel.*	Horat.
maledicit	*Electram, tantum maledicit utriq; vocando.*	Idem
maledictum	*Vocis & insaniæ tot maledicta tuæ.*	Prop.
maledicere	*Nolito tibi me maledicere posse putare.*	Lucil.
maledicẽtior	*At ego maledicentiorem quam te novi neminem.*	Plau.

malefabris	*Reſpondit domino ſuadelis ſe malefabris.*	Prud.
malefacio	*Malefacere qui vult nuſquā non cauſsā invenit.*	Pu. Mi.
malefactum	*Quod genus eſſe animo malefactū cùm perhibetur*	Luc,
maleficus	*Dolis & aſtu maleficæ mentis jacent,* Jamb.	Sen.
malefidus	*Nunc tantùm ſinus & ſtatio malefida carinis.*	Virg.
malefortis	*Hæc ſexus malefortis agit, cum pectore in arcto.*	Prud.
maleſanus	*Ergo humilē poſtquam maleſana ſuperbia mentē.*	Idem
maleſuadus	*Et metus & maleſuada fames & turpis egeſtas.*	Virg,
malevolus	*Nām curioſus nemo eſt, quin ſit malevolus,* Jamb	Pla.
malevolentia	*Petulantia, cupiditas & malevolentia,* Jamb.	Idem
Malea	*Ionioq; mari Maleæq; ſequacibus undis.*	Virg.
	Et ratibus longè flexus donare Maleæ.	Luca.
malus adject.	*Si malus eſt nequeo laudare & poſcere motus,*	Juvl.
malas	*Odi doloſas munerum & malas artes,* Scaz.	Mart.
malis	*Aut Deus ille malis hominum miteſcere diſcat.*	Virg.
malos	*Terra malos homines nunc educat atq; puſillos.*	Juvl,
malorum	*—— levior fortuna malorum.*	Ovid.
malignus	*Non fuit ingenio fama maligna meo.*	idem
malignitas	*Malignitatum vulnera.*	Prud.
Malia	*Lymphaq; in Oeteis Malia Thermopylis.*	Catul.
malo verb.	*Ficta Saguntino cymbia malo luto.*	Mart.
	Et quos aut pecori malint ſubmittere habendo.	Virg.
malis	*Magnas Græcorum malis implere catervas.*	Hora.
malit	*Seu paſcat agna ſive malit hœdo,* Jamb. cum ſyll.	idem
maluit	*Maluit eſſe Deum deus inde ego furum aviumq;.*	idem
malueris	*Vel ſi malueris prima gaudere ſuburra.*	Mart.
malumus	*Malumus & placidis Ichneumona quærere ripis*	Nem.
mavis	*Dicis utrum mavis elige, malo manum.*	Mart.
Malobathrum	*Malobathro Syrio capillos.*	Hor.
	Scammoniā, cypen, malobathrū, ammoniacumq;	Marc.
malus nauticus	*Antennas proram malos tonſasq; natantes.*	Lucre.
malo	*Queîs innixa pedem malo pendebat ab alto.*	Virg.
malos	*At tolli malos intendi brachia remis.*	idem
maliferæ	*Et quos maliferæ deſpectant mœnia Bellæ.*	idem
Malus urbs	*Lyneſſusq; dehinc, hic Malus & Anchialia.*	Juven.
malus arbor	*Et ſociam mutat malus amica pyrum.*	Pallad.
malum pomum	*Malo me Galathea petit laſciva puella.*	Virg.
malleator	*Illinc paludis malleator Hiſpane,* Scaz.	Mart.
malluvium	Vide Diluvium.	
Mamercus	*Mamercorum alapas, quanti ſua funera vendant.*	Juvn.

Qualia

Mamers	*Qualia Mamertis membra fuisse ferunt.*	Ovid.
Mamertinus	*Amphora Nestorea tibi Mamertina senecta,*	Mart.
Mamertus	*Germani decus & dolor Mamerti,* Phal.	Sidon.
mamilla	*Ipsa loqui rectâ facie, siccisq; mamillis,*	Juven.
mammona	*Nos ne Christe procreati mamonæ dicabimur* Tro.	Prud.
mammoneus	*Mammoneamq; fidem pacis sub amore sequuntur.*	idem
mammosus	*At gemina & mammosa Cores est ipsa ab Jaccho.*	Lucr.
Mamurius	*At tibi Mamuri formæ calator ahenæ.*	Prop.
Mamurius	*Mamurius morum fabræ ne exactior artis.*	Ovid.
Mamurianus	*Tangi se digito Mamuriane tuo.*	Mart.
Mamurra	*In septis Mamurra diu multumq; vagatus.*	Idem
Mamurrarum	*in Mamurrarum lassi deinde urbe manemus.*	Horat.
manabat	*Tum gelidus toto manabat corpore sudor.*	Virg.
manabit	*Lævis odorato cervix manabit olivo.*	Prop.
manabilis	*Nec capere humorem, nec item manabile frigus.*	Lucre.
manando	*Sæpe sibi noxæ nimium manando fuerunt.*	Seren.
manare	*Aut puteis manare cruor cessavit & altæ.*	Virg.
manaret	*Manaret talos, ô te Bollane cerebri,*	Horat.
Mancinus	*Si tibi triceni fuimus Mancine vocati.*	Maul.
mancipat	*Quædam si credis consultis, mancipat usus.*	Hor.
mancipatur	*Disjuncta Christo mancipatur Tartario,* Jamb.	Prud.
mancipiorum	*Præcipuè caussis ut linguas mancipiorum.*	Juven.
mancipio	*Vitaq; mancipio nulli datur omnibus usu.*	Lucre.
mandabo	*Mandabo siccis, adimam cantare severis.*	Hor.
mandatum	*Ipse hæc ferre jubet celeres mandata per auras,*	Virg.
mandatarius	Vide mandatum & Adversarius.	
mandatus part	*Et cùm ad mandatum venimus ecce domum.*	Prop.
mandare	*Quam Decio mandare novo, censorq; moveret.*	Horat.
mandarat	*Infelix Priamus furtim mandarat alendum.*	Virg.
mandavi	*Mandavi dices olim nec talia suasi.*	Juvl.
mandavimus	*Grandia sæpe quibus mandavimus hordea sulcis*	Virg.
mandemus	*Mandemus, qui solus honos Acheronte sub imo est*	Idem
Mandela loc⁹	*Quem Mandela bibit rugosus frigore pagus.*	Horat.
mandibula	Vide Vestibulum.	
mandebat	*Vulturis in silvis miserum mandebat homonem*	Enni.
manderet	*Manderet & tepidi tremerent sub dentibus artus.*	Virg.
mandere	*Quæ mandere patres, notorum horrescere dentes.*	Sedul.
mandones	*Magna ut tremiscat Roma, & magna mandonum gulæ.*	(Var.
mandonis	Vide lucro & comedo.	
mandonius	*Mandonius populus,* Init. hexam.	Sil.

mandragora *Mandragoræ pariat flores mœstamq́; cicutam.* Colu.
manduco,as *Illud qui faciat, quod manducamur in ore.* Lucil.
manduco, nom. Vide Lurco & Manduco verbum.
manducus *Quid si aliquo ad ludos me pro manduco locem.* Plaut.
mane adverb. *Carpamus dū mane novū, dum gramina canent.* Virg.
manedum *Heus manedū Astaphiū priusquā abis qui revocat, scies.*
maneo, es *Qui tecumq; manent isto certamine casus.* Virg. (Plaut.
mane imper. *Sæpe mane dixit, cùm jam properaret Achilles.* Ovid.
Deferri mane inquio puellæ, Phal. Catul.
Maneat *Absentium cum maneat etiam ingens favor,* Jam Sen.
Manebat *Nunc etiam Manes, hæc intentata manebat.* Virg.
Manebit *Victores committe Venus, quos iste manebit.* Mart.
Manemus *In mamurrarum Lassi deinde urbe manemus.* Horat.
manendo *Manendo medicum, dum se ex opere recipiat.* Jāb Plau.
manet *Ob[illegible]us ire parat, manet imperterritus ille.* Virg.
manere *In q[illegible] nec Boreas ipse manere velit.* Mart.
manerem —— *Priamiq; arx alta maneres.* Virg.
manes nom. —— *[illegible]mis manes excire sepulcris.* idem
manibus *Manibus ut si sint divis mactata repente.* Lucre.
Manetho *Aut Arati numeros aut picta Manethonis astra.* Mam.
mango *Millia pro puero centum me mango poposcit.* Mart.
mangone *Non phryx aut Lycius non à mangone petitus.* Juvl.
mangones *Nemo hoc mangonū faceret tibi, non temere à me.* Ho.
mangonis *Sed Mytilenæi roseus mangonis ephebus.* Mart.
Mangonicus Mangonium Vide Mangones.
mani *Et gelido veniens mani quatiebat ab Oeta.* Virg.
mania Græcè μανία Vide Hippomanes.
manica *Et tunicæ manicas, & habent redimicula mitræ.* Virg.
manica ꝑ vinculo *Si laqueis, manicis, pedicis mens irretita est.* Luc.
Manichæus *Aërium Manichæus ait sine corpore vero.* Prud.
manifesta *Tū vero manifesta fides, Danaūq́; patescūt Insidiæ* Virg.
manifestus *At sapor indicium faciet manifestus & ora.* idem
Manifesto,as Vide Manifestus.
manifestarius *Atq; obtruncaret mœchum manifestariū,* Jamb: Plau. (
Manilius *Moverit accusat Manilia, si rea non est.* Juvl.
manipulus *pertica suspensos portabat longa maniplos.* Ovid.
maniplus cohors *Tu Voluse armari Volscorum edice maniplis* Virg.
manipularis *Si centuriati bene sunt manipulares mei.* Pla. (*adsint* Id.
manipulatim *Manipulatim mihi munigeruli facite ante ædes jam hic*
Manius *Clivumq; ad urbis, præsto est mihi Manius hæres.* Pers.

Tu mihi simplicibus Mani dilectus ab annis. Mart.
mannulus *Nusquam est mulio, mannuli tacebunt*, Phal. idem
Manalis Vide Mano, as.
manserunt *Non comtæ mansêre comæ.* Virg.
mansurus *Sed reddare tuis tandem mansure Sabinis,* Mart.
mansuetus *Carmina mansuetus lenia quærit amor.* Prop.
mansuefactus *Fulmen benigni mansuefactum patris,* Jamb. Prud.
mansuetudo *His similes mites quod mansuetudo coronat,* Juvnc.
mansuevere *Mansuevere Getæ, feritasq; cruenta Geloni.* Prud.
mantele *Dixerat ad dextram vellis mantele solutis.* Ovid.
Manthus *Fatidicæ Manthus & Thusci filius amnis.* Virg.
mantica *Sed præcedenti spectatur mantica tergo.* Perf.
manticora *Manticoram silvis etiam quibus editur Alcen.* Calph.
manticulatus *Nam hercle nisi manticulatus probe hæc fuisti petito.* Pl.
mantile *—— tonsisq; ferunt mantilia villis.* Virg.
manubiarius *Fugito huc ad me saltē amicus esto mihi manubiarius.* (Plau.
Manuelia *Os & labra tibi lingit Manuella catellus,* Mart.
manus fin. nom. *Et manus in gremio languida facta jacet.* Ovid.
manus plur. *Fulva coma est, longæq; manus, & maxima toto.* Prop.
manu *Insontes peperêre manu, lucemq; perosi.* Ovid.
manuum *Accipe & hæc manuū quæ sint monumēta mearū.* Virg.
manibus *Accubat & manibus prohibet contingere mensas,* idem
Concepit Joto, manibus evellam meis, Jamb. Senec.
manualis *Vilia cùm subigit manualibus hordea saxis.* Calph.
Manuarius Vide Adversarius & manus.
manubrium *Materia, quin ipsa manubria cultellorum.* Juvl.
Manubriolū Vide manubrium.
manuleatus *Hircum ab alis manuleatam tunicam habere hominem* (addecet Plau.
mapalia *——raris habitata mapalia tectis,* Virg.
Marathon *Non Marathon taurum Nemeæ, frondosa leone.* Mart.
Marathonius *Tartara dura subis, nec enim Marathonia virgo.* Stat.
marathrum *Expressæ marathro guttæ cum melle liquenti.* Seren.
marathus herb. *Profuit & marathos beneolentibus addere myrrhis.* (Ov.
Marathus *Otthosisq; dehinc attollitur, hic Marathus stat.* Av.
marcelianus *Cujus olet toto pinguis coma marceliano.* Mart.
marcellinus *Marcelline tuis bis celebranda sacris.* Mart.
marcidus *Ille marcida vina largiuntur,* Phal. Stat.
Marcion *Hæc tibi Marcion via displicet, hanc tua damnat.* Pru.
Marcionem *Hæc vobis per Marcionem, Cerdone magistro.* Tert.
Marcionis *Ipse charon mundi, numen Marcionis ipse.* Prud.

Marcionita	*Marcionita deus tristis, ferus insidiator.*	Prud.
Marcomanus	*Quæ modo Marcomanos post horrida bella vagosq;.*	St.
Marcomeres	*Marcomeres somnoq; docent.*	Claud.
marculus	*Et velut in fabricam fervens cum marculu' ferrũ.*	Luc.
marculi	*Ærariorum marculi die toto,* Scaz.	Mart.
mare pelagus, abl.	*E mare primum homines, è terra posset oriri.*	Lucr.
accus.	*Despiciens mare velivolum terrasq; jacentes.*	Virg.
maria	*Arduus & longa sulcat maria alta carina.*	idem
maris	*Jam maris immensi prolem.*	Idem
maritimus	*Maritima vero Cilbiceni possident,* Jamb.	Avien.
	Jam maritimi omnes milites opu' sunt tibi, Jam.	Plaut.
Maria, mulier	*Præparat & pulcros Mariæ, sed luce minores.*	Claud.
Maria, virgo	*Nec Sion mater virgo Maria fuit.*	Fort.
	Angelus intactæ cecinit properata Mariæ.	Sedul.
	Quis fuit ille nitor Mariæ, cum Christus ab alvo.	Idem
marinus	*Non tibi sunt fontes, laticis nisi pene marini,*	Ovid.
Mareotis	*Sunt Thasiæ vites, sunt & Mareotides albæ.*	Virg.
Mareoticus	*Pars quota Parrhasiæ labor est Mareoticus aulæ.*	Mart.
mares	*Solve mares, mitti in Venerem pecuaria primum.*	Virg.
	Tyrteusq; mares animos in Martia bella.	Hora.
maribus	*Sacra bonæ maribus non adeunda deæ.*	Tibul.
margo, nis	*Telephus aut summi plena jam margine libri.*	Juvn.
margarita	*Quo margarita cara tibi bacca indica,* Jamb.	P. Arb.
	Jam jam silebo margaritas spargere, Jamb.	Prud.
marginibus	*Marginibus laterum firmatur, at undiq; ternis.*	Prisc.
Marica	*Hunc fauno & Nympha genitũ Laurente Marica*	Virg.
Marius	*Extulit hæc Decios, Marios magnosq; Camillos.*	idem
Marianus	*Aut quibus in campis Mariano prælia signo.*	Prop.
marisca fruct.	*Purpureæq; chelidoniæ, pinguesq; mariscæ.*	Colum.
mirisca morb⁹	*Cæduntur tumidæ medico ridente mariscæ.*	Juvn.
marita	*Nec sit marita, quæ rotundioribus,* Jamb.	Hora.
maritus subst.	*——— ignara puella mariti.*	idem
maritus	*Campo maritus ut sit Elysio jubet,* Jamb.	Senec.
marite	*Sparge marite nuces, tibi deseret hesperus Oetam.*	Virg.
maritorum	*Ridebo Dydime non licet maritorum,* Scaz.	Mart.
maritus adj.	*Hæc ne marita fides & pacta sunt mihi noctes.*	Prop.
marito, as	*Altas maritat populos,* Jamb. Horat.	(Plaut.
urtica	*Urticæ semen, præceptáq; frigora vincit.*	idem
	Hæc tetigit Gradive tuos urtica nepotes,	Juven.
Uruca	*Tu tibi nunc* Uruca *places, fletumq; labellis.*	idem
uri nomen	*Sylvestres uri assidue, capreæq; sequaces.*	Virg.
uris	*Quæsitas ad sacra boves* Junonis: *& uris.*	idem
Usipii	*Sic leno flavorum valeat genus* Usipiorum.	Mart.
usque	*Usque sub extremum brumæ intractabilis imbrem,*	Virg.
adeó	*Usque adeò turbatur agris, en ipse capellas.*	Idem
adeone	*Usque adeone mori miserum est.*	Virg.
quaque	*Renidet usquequaq; seu ad rei ventum est.* Scaz.	Catul.
ustica	*Valles & usticæ cubantis.* Jamb. cum syl.	Horat.
ustina	Vide Culina.	
ustulo as	*Infelicibus ustulanda lignis* Phal.	Catul.
usus nomen	*Arma acri facienda viro, nunc viribus usus.*	Virg.
singul.	*Nec casia liquidi corrumpitur usus olivi.*	idem

Usibus

usibus	*Usibus omnia dedo tuis.* Dactyl.	Prud.
usus	*Tempora dispensant usus, & tempora cultus,*	Pedo.
usus partic.	*Ad quem tum Juno supplex his vocibus usa est.*	Virg.
usitatis	*Non usitatis Vare potionibus.* Jamb.	Horat.
usura	*Hinc usura vorax, avidumq; in tempore fœnus.*	Lucan.
usurarius	*Alcmenam uxorem cepit usurariam.* Jamb.	Plaut.
usurpo, as	*Usurpare oculis, nec voces cernere suemus.*	Lucr.
ut	*Trojanas ut opes & lamentabile regnum.*	Virg.
uter, subst.	Vide uterus.	
uter, adject.	*Dic uter ex istis meliùs rem gesserit Aucte.*	Mart.
uterlibet	Vide uter & libet.	
uternam	*O magnis posthac inimicis risus uternam.*	Horat.
uterque	*Vis ergo inter nos quid possit uterq; vicissim*	Virg.
utraque, nom	*Utraq; vis apibus pariter metuenda, neq; illæ.*	Virg.
utraque, abla.	*Creber utraq; manu pulsat versatq; Dareta.*	idem
utrique	*Aut letho insigni sorti pater æquus utriq; est.*	idem
utrius	*Fastidiret olus, qui me notat, utrius horum.*	Horat.
utriusque	*Invitas alios, vitium est utriusq; quod inquis.*	Mart.
utroque	*Jactantémq; utroq; caput, crassumq; cruorem.*	Virg.
utrò, adverb.	*Nescit utrò ruat, & potius ruere ardet utroq;.*	Ovid.
ablat.	*Ambiguus quoties uter utro sit prior, aufert.*	Hor.
utrosque	*Suopte utrosq; decuit acceptos cibo.* Jamb.	Næv.
utrumque	*Utrumq; sacro digna silentio.* Alcaic.	Horat.
utervis	Vide uter & vis verbum.	
utres	*Mollibus in pratis unctos saliere per utres.*	Virg.
utribus, subst.	*Æolios Ithacis inclusimus utribus Euros,*	Ovid.
uterculus	Vide uterus & Fraterculus.	
utriculus	Vide fronticulus.	
uterus	*——— uterumq; armato milite complent.*	Virg.
uteri	*Diva potens uteri, vinclis levor ipsa remissis,*	Ovid.
utero	*Semina fert utero, conceptáq; crimina portat.*	Idem.
uterinus	Vide uterus & equinus.	
uti adver. caus.	*Tu quoque uti fieres nobilis historia.*	Prop.
ut compar.	*Fertur uti pulvis collectus turbine, ne quid.*	Horat.
Utica	*Aut fugies Uticam, aut unctus mitteris Iberdam.*	idem
utinam	*O utinam tunc cum Lacedæmona classe petebat.*	Ovid.
utlibet	*Utlibet hæc porcis hodie comedenda relinquas.*	Hora.
utor	*Utor permisso, caudæq; pilos ut equinæ.*	Idem.
uti, verbum	*Erigitur, si fortuna permittitis uti.*	Virg.
utar	*Grandia magnanimus peragit puer, utar ego utar.*	Per.

utare *Dones quicquid habes, an nunquam utare paratis.* Horat.
utaris *Si sapis utaris totis Coline diebus,* Mart.
utatur *Juppiter utatur jam Ganymede coquo,* Idem
utensile Vide Utor & pensilis.
utere *Utere ne quis eat liber amore dies,* Prop.
uteris *Uteris ore aliter, nimiaq; ærugine captus,* Mart.
uteris futur. *Plenior es, tamen uteris monitoribus iisdem.* Horat.
utetur *Utetur tuto fulmine rara manus,* Mart.
utibilis *Eamus intrò, non utibilis hic locus factis tuis,* Jamb. Pl.
utilis *Ver adeò frondi nemorum, ver utile sylvis,* Virg.
utilior *Conjugis utilior merx est, quæ vendita sæpe,* Mart.
utilissimus *Consultissimus utilissimusq;* Phal. Sid.
utilitas *Atque ipsa utilitas justi prope mater & æqui,* Horat.
utiliter *Serviet utiliter sine pascat durus aretq;.* Idem
utimur *Utimur exemplis, ut non pejora supersint,* Juven.
utimini *Utimini vestris opibus, pietate benigna,* Paul. Ep.
utitur *Ponderibus modulisq; suis, ratio utitur, acres,* Horat.
utpote *Inde rubos fessi pervenimus, ut pote longum,* idem
utri *Rebus, utri magni victoria sit data regni,* Ennius.
utrinque *Ah facinus, tunica patet inguen utrinq; levata,* Mart.
utrobidem *Utrosq; percognovi, utrobidem, istoc pol otiosus,* Plau.
utrobique *Faciunt ut utrobiq; orationem doctè & cautè dedit.* idem
utrubi *Utrubi occumbo? utrubi tu vis, cum ambobus volo, nam ambos amo,* idem
utrum *Dicis utrum mavis elige, malo manum,* Mart.
utrumne *Nec quicquam differre, utrumne in pulvere trimus.* Hor.
Pertinet & nescire malum est, agitamus utrumne, Idē
utut *Ut ut hæc sunt facta potius quam lites sequar,* Teren.
uva *Duceret apricis in collibus uva colorem,* Virg.
uvet *Uvetq; semper dulcibus tellus aquis,* Jamb: Avien.
uvesco *Uvescunt eadem, dispansæ in sole serescunt.* Lucret.
uvifer *Gauro Massicus uvifer remittit,* Phal. Stat.
uvidus *Uvidus hiberna venit de grande Menalcas,* Virg.
Uvidius vir *Uvidius quidam, non longa est fabula, dives.* Hora.
uvidulus *Uvidulam à fletu cedentem ad templa Deum me,* Cat.
Vulcanus *Conjiciunt, furit immissis Vulcanus habenis,* Virg.
Vulcanius *Horrida per latos acies, Vulcania campos,* idem
vulgus *Tum studio effusæ matres & vulgus inermum.* idem
vulgò adverb. *Occidet, Assyrium vulgò nascetur amomum.* idem
vulgare verb. *Rumpere & abductum verbis vulgare dolorem.* idem

vulgares	*Cœtusq; vulgares & udam,* Jamb. cum syll.	Hor.
vulgaria	*Jejunus stomachus raró vulgaria temnit,*	Hor.
vulgarit	*Vulgarit arcana, sub iisdem,* Jamb. cum syll.	Idem
vulgata	*Fama volat parvam subitò vulgata per urbem.*	Virg.
vulgator	*Sic aret mediis tanti vulgator in undis,*	Ovid.
vulgatur	*Hinc totam infelix vulgatur fama per urbem,*	Virg.
vulgavi	*Vulgavi fidicem, juvat immemorata ferentem,*	Hor.
vulgivagus	*Vulgivago vitam tractabant more ferarum,*	Lucre.
vulnus	*Vulnus alit venis, & cæco carpitur igni,*	Virg.
vulnera	*Objectant, pulcramq; petunt per vulnera mortem.*	Idem
vulnere	*Affixæ venis, animasq; in vulnere ponunt,*	idem
vulneris	*Effugies, neq; enim is teli neq; vulneris auctor,*	idem
vulneribus	*Vulneribus donec paulatim evicta supremum*	idem
vulniferum	*Quo tibi cristatum vulniferumq; caput,*	Max.
vulnificus	*Vulnificusq; chalybs vasta fornace liquescit,*	Virg.
vulpes	*Astuta ingenium vulpes imitata leonem,*	Horat.
vulpecula	*Forte per angustam tenuis vulpecula rimam,*	idem
Vulpenius vir	*Continuo crassum ridens, Vulpenius ingens,*	Pers.
vulpinus	*Vulpinus animus, ne quid moliatur mali,* Jamb.	Plau.
vulpináre	*Vulpinare modo & concursa, qualibet erras,*	Varro.
vúltis	*Vultis & his mecum pariter considere regnis,*	Virg.
vultur avis	*Porrigitur, rostroq; immanis vultur adunco,*	idem
vulturis	*Cujus vulturis hoc erit cadaver,* Phal.	Mart.
vulturibus	*Et qui vulturibus servabat viscera Dacis,*	Juven.
Vulturius	*Suscitat à cano Vulturium capite,* Pentam.	Catul.
Vulturinus	*Et Vulturino mentulam parem collo,* Scaz.	Mart.
Vulturis mons	*Vulturis & calidæ lucent buxeta Matini,*	Lucan.
vulture	*Me fabulosæ vulture in Appulo,* Alcaic.	Hor.
Vult⁹ nom. sin	*Certior in nostro carmine vultus erit.*	Mart.
Vultus genit.	*Ut facilis vultus uritur ille rigor,*	Ped.
plur.	*Induerat Circe in vultus ac terga ferarum,*	Virg.
vultibus	*Discite nocturnas exstinctis vultibus umbras,*	Sedul.
uxor	*Uxor, & incultæ pacantur vomere sylvæ,*	Horat.
uxore	*Nam dum tu longe deserta uxore diuq;.*	Mart.
uxori	*Quæritis? uxori nubere nolo meæ.*	idem
uxoribus	*Nil fuerit mi inquit, cum uxoribus unquam alienis,*	Hor.
uxorius	*———pulchramq; uxorius urbem Exstruis.*	Virg.
Xātho nympha	*Drymoq;, Xantoq;, Ligeaq; Phillodoceq;.*	Virg.
Xenarchus	Vide Xenium.	
Xenium	*Omnis in hoc gracili Xeniorum turba libello.*	Mart.

Xenocrates Vide Xenium & Hippocrates.
Xenodorus Vide Xenium & Theodorus
Xenophon Vide Xenium & Bellerophon.
Xerampelinus *Et Xerampelinas veteres donaverit ipsi.* Juven.
Xiphias, piscis *Et durus Xiphias ictu non mitior ensis,* Ovid.
Xylobalsamũ Φοῦ ξυλοβαλσάμου τ' ὀποβαλσάμου τε δραχμὰς τρεῖς. (Andr.

Z.

ZAbulon *Terra Zabulon & regio cui Nephtala nomen.* Juven.
Zabulones *Finibus & statuit Zabulonum ponere sedes.* Idem
Zachæus *Dulcis amor domini Zachæo fulsit amico,* Help.
Zacharias *Zachariæq; domũ penetrat, gravidamq; salutat.* Juvnl.
Zacynthus *Jam medio apparet fluctu nemorosa Zacynthus.* Virg.
Zalates *Armenius Zalates cunctis narratur Ephebis.* Juvl.
Zaleucus *Sanxerit, & Locris dederit, quæ jura Zaleucus.* Auson.
Zama *Et Zama & uberior Rutulorum sanguine Thapsus.* Sil.
Zamia *Ubi manum injicit benigne, ibi onerat aliquam Zamiã.* Plaut.
Zamolsis Vide Zama. (φυὲς κελλεύκον.
Zea Græcè ζέα ἢ ζεία. Hom. πυρφίτε ζειάτ' ἠδὲ εὐρυ-
Zebedeus *Illi Zebedeum genitorem in puppe relinquunt.* Juvn.
zelus *Quin etiam cupio junctus quia zelus amori est,* Auso.
zelo, as Vide zelo. Scribitur Ζηλωτής.
zelotypus *Ponere Zelotypo juvenis prælatus Hyarbe.* Juv.
Zenon *Chrysippus Zenonq; docens præcepta tenere.* Sidon.
Zeno, ωνος *Democritos, Zenonas inexplicitosq; Platonas.* Mart.
Zenodotus *Esset Aristarchi tibi gloria Zenodotiq;.* Auso.
Zephyrus *Liquitur, & Zephyro putris se gleba resolvit.* Virg.
Zephyridos *Zephyridos arcem si quis excedat rate* Jamb. Avien.
Zephyritis *Ipsa suum Zephyritis eò famulum legarat.* Spo. Cat.
Zerinthus *Inde levi vento Zerinthia littora nacta.* Ovid.
Zetes *Implumes Calaisq; puer Zetesq; fuerunt,* Idem
Zethus *Et durum Zethum, & lacrimis Amphiona mollẽ.* Prop.
zingiber *Zingiber & calidũ mordax piper, & lasar algens.* Marc.
Ζιγγίβερι θέρμον κ' εὐκλώνιον πεντάπετηλον. Andr.
zizania *De satione Dei zizania vulsit amara.* Fortun.
zizaniorum *Zizaniorum semina.* Jamb. Prud.
Spinis fulta subit seges horrida zizaniorum. Prosp.
Zizipha Ζίζιφα. Vide Sisyphus.
Zodiacus *Quotq; super terram sidera Zodiaci.* Pentam. Auson.
Zoilus *Zoilus ægrotat faciunt hanc stragula febrem.* Mart.
Zoile *Quisquis es, ex illo Zoile nomen habes.* Ovid.

Quinq;

zona	*Quinq; tenent cœlum Zonæ, quarum una corusca.*	Virg.
zonatius	*Gerdius ancillæ, pueri Zonariu' tector.*	Lucil.
zonatim	*Zonatim circum impluviũ cum eram is cludebat*	Spo.
Zoophyta	Græcè Ζωόφυτα.	(Idem
Zopissa	Græcè Ζώπισσα.	
Zopyrus	Græcè Ζώπυρος.	
Zoroastes	*Qui Zoroastæos turbasset forte susurros.*	prud.
Zygena	Τῶν ἤτοι χρυσειοστελέων, βλοσυρῆτε ζύγαινα.	
Zygii	*Et Zygii juxta vivunt regione sub una.*	prisc.
zythum	*Ut Pelusiaci proritet pocula Zythi.*	Colũ.

APPENDIX VOCUM ALIQUOT, QUAS ECCLESIASTICI ET ALII QUIDAM POsteriores poëtæ contra regulas, vel orthographiam vel originis naturam, vel morem veterum usurparunt, non temere imitandas.

ABdera	*Quod Cous docuit senior, quodq; abdera suasit.*	Marc.
	Mediã hujus per η scriptam etiam Mart. producit.	
Abydus	*Sestos ubi atq; Abydos parvo sale discernuntur.*	Avien.
	Media Ovidio longa est.	
Adon	*Ammon & arentis Libyes, ac Biblius* Adon.	Capel.
	priorem Virgilius brevem ponit.	
Affatim	*Suppetit affatim exemplorum copia, nosq;.*	Arat.
	Media Accio est brevis.	
Agathe	*Hinc mater, hinc sponsa Agnes, Thecla dulcis Agathe.*	Fort.
	Secundum alii & Martialis ipse brevem habent.	
Ammon	*Ammon & arentis Libyes, ac Biblius Adon.*	
	Ultima per ω scribitur, quæ longa semper.	
Aquitania	*Temperat ingenuos, qua læta Aquitania mores.*	Aus.
Aquitanicus	*Fulmentis Aquitanicis superba.* phal!	Sidon.
	Secundam producit Tibul.	
Aratus, vir	*Aut Arati numeros, aut picta Menethonis astra.*	Mã.
	Secundam Hel Cinna producit.	
Archyta	*Archyta, Pythagoras, Aratus, Cato, Plato, Chrysippus.*	
	Mediam Prop: extendit.	
Archimedeus	*Archimedea astrificante manu.* Pentam.	Cap.
Architectus	*Qui fundamentis manet Architectus in illis.*	Arat.
	Secundam Mart. contrahit.	
BEryllus	*Hinc sibi sapphirum sociaverat atq; beryllum.*	prud.

Primam propert. producit.

Berytus — *Hic Tyrus est opulens & Berytus optima, Biblos,* Avien.
Secundam propert. extendit,

Beticus — *Sal niveum sumes Beticum, quod nomine dicunt,* Ser.
Prima Martiali est longa.

Bipes — *Qui bipes & quadrupes foret & tripes omnia solus.* Aus.
Posterior producitur in tripes, quadrupes & pes veteribus,

Bis — *Bis habitum, quem culpa creat, jam bella tribunus,* Ar.
Brevis est Ovidio & aliis,

Blaterat — *Blaterat hinc aries, & pia balat ovis,* Au.Phil.
Horatio prima hujus contracta est,

Bobus — *Æs veluti spirans cum bobus exagitas,* Auson.
At priorem Ovidius producit,

Calceamēta — *Plantis calceamenta dissolutis,* Phal. Prud:
Tertia natura longa est in calceatus,

Chalcedon — *Hinc Chalcedon hebes perfunditur ex hyacintho,* Prud.
Ultima per ω scribitur: ideoque producenda,

Compos — *Tunc erit ut rerum compos, & certa salutis,* Victor.
At ultimam Ovidius corripit,

Conditio — *O quam dura premit miseros conditio vitæ.* Max.
Secundam Horatius & alii breviant,

Copula — *Arcet amor, copulamq; tenet communis honesti,* Lice.
Prima Ovidio longatur.

Corcyra — *Corcyra compta solum, locupletur Corcyra sulco,* Av.
Producit secundam Ovidius.

Corycus — *Corycus Pergeq; calens, & celsa Phaselis.* Pris.
Secundam Virgilius corripit.

Cuculus — *Et cuculi cuculant, fritinnit rauca cicada,* Au.Phil.
Media Horatio est producta.

Dæmon — *Multiplicis dum dæmon adest, qui parte sinistra,* Prud.
Posterior per ω quoque scribitur, natura longum,

Darius — *Et primum Darii tumultuantes,* Phal. Sid.
Prima Ovidio & Claudiano prolongatur,

Deerit — *Et si crimen erit, terror non deerit alter.* Alcim,
Veteres synæresin ex prima & secunda faciunt,

Delibutus — *Delibuta comas, oculis vaga, languida voce,* Prud.
Secunda Horatio corripitur,

Didymus — *Vulneribus sua membra probans, modo Didyme discis.* Ar,
Prima Martiali est brevis.

Dispar — *Quicquid dispar habet cumulum discretio carpit.* Prud.
Posteriorem Horatius longam statuit,

Ecclesia *Sic & Apostolico decurrit Ecclesia verbo,* Tertul.
Scribitur per geminum κκ,

Ecclesia *Ecclesiam pulcro Christus sibi junxit amore,* Sedul.
Secunda per η eta, quæ longa est, scribi debet,

Enecans *In cataclysmo enecans pariter cum prole parentes,* Tert.
Horatius primam producit.

Energima *Audiat insanum bacchantis energima monstri,* Prud.
Scribi oportet ἐνέργημα per eta, natura producenda,

Enervatus *Corpus enervatum gereret sine laude palæstræ,* Symm.
Virgilio prima extensa est.

Enigmata *Legis in effigie scriptum per enigmata Christum,* Prud.
Scribitur autem ænigmata cum αι diphthongo longa.

Enormis *——— & septem panibus agmen.*
Pavit enorme virum, præterq; infirma secundi. Sedul.
Hujus primam longam facit Statius,

Eremus *Excidit ergo animus eremi sitis; excidit ille.* Prud.
Scribitur ἔρημος per eta in secunda, ideoque producenda.

Evangelium *Tradit Evangelium Paulus sine crimine mundum,* Ter.
Scribitur per diphthongum, ευ in prima, quæ est longa.

Eugenia *Hic Paulina, Agnes, Basilissa, Eugenia regnant.* Fort.
Secunda per epsilon scribenda, quæ corripitur.

Euripides *Cessissent Sophocles & Euripides.* Phal. Sidon.
Secundam longam, tertiam brevem ponit Aristophan.

Fames *Pignoribus, spoliatq; suos fames impia natos,* Prud.
Posteriorem Virgilius producit.

Fere *Nam tecum fere totus ero, quocunq; recedam.* Auson.
Ultima longa ponitur à Virgilio,

Feriturus *Quo tibi fervor abit per quem feritura placebas.* Max.
Secunda quia quartæ est conjugat, producenda fuerat,

Fient *Credite vera fient, nec spe frustrabor inani.* Arat.
Prior in Fiet longa est Virgilio & aliis.

Fimus *Sive columbarum fimus miscetur aceto* Seren.
Priorem corripit Virgilius,

Flagitaret *Tempsêre extremam, cum flagitaret opem.* Capell.
Primam hujus productam ponit Horatius.

Florianus *Nominis ore tui jam Floriane tenes,* Arator.
Prima in florus est longa,

Ganeo *Ingluviem, vegetamq; gulam ganeonis inescent,* Prud.
Primam Juvenalis producit.

Ganea *Jura pati, & laxa ganearum lege teneri,* Prud.
A Terentio & Plauto prima producitur.

Genesius, vir *Porrigit ipsa decens Arelas pia dona Genesi.* Fort.
Scribitur γενέσιος per epsilon in secunda, quæ brevis est.

Geometra *Tractator, geometra musicusq;.* Phalæc. Sidon.
Habet ωmega in secunda, eóque protrahenda.

Hæmorrhous *Vipera, seps, jaculus, basiliscus, hemorrhous, aspis.*
Diphthongus æ est in prima, & à Nicandro producta.

Hæresis *Cognomento heresis, Deus est mihi discolor inquit.* Pru.
Diphthongo in prima hæresis scribi debet.

Herodes *Herodes hostis impie.* Jamb. Sedul.
Ἡρώδης syllabis tribus natura longis constat.

Hilarius *Hinc simul Hilarium, Martinum Gallia mittit.* Fortu.
Hilaris primam corripit apud veteres.

Hilaris *Eucherii venientis iter, redeuntis Hilaris.* Sidon.
Hilaris sicut primam, ita secundam quoq; contrahit.

IDolum *Quosq; viros non ira fremens, non idola bello.* Prud.

Idolium *Idolium ardebat dedere perfidiæ.* Idem

Idololatrix *Iniecerat lapides fumosos idololatrix.* Idem
Scribitur εἴδωλον prima atq; secunda producendis.

Idume *Palmula nec desint Idumes, nec pruna Damasci.* Marc.
Secundam prolongat Virg.

Imbecillus *Et imbecilla infantia.* Jamb. Prud.
Secundam hujus Horatius extendit.

Impar *Succumbit Phrygio, coitus fuit impar utriq;.* Prud.
Posteriorem producit Horatius.

Inchoamentũ *Inchoamenta gerens fragiles processit in artus.* Help.
Tertia longa est à supino conjugat. primæ.

Inquietatus *Crebras inquietata per procellas.* Phal. Sidon.
Tertia ab Inquietus fit, quæ produci debet.

Judaicus *Quando induratum plebes Iudaica regem.* Alc.
Secundam Juvenalis contraxit.

Læstrygonas *Læstrygonas nos esse puta: monstrumq; tributũ.* Sido.
Secundam producunt veteres.

Latro, verb. *Explorare juvat, ventremq; explere latrantem.* Victor.
Priorem producunt veteres.

Lavacrum *In qua per lavacrum fidei virtute renata.* Prosp.
Secunda protrahenda est à supino lavatum descendens.

Lues *Cuspis avaritiæ stupuit lues, improba castis.* Prud.
Postremam Virgilius productam habet.

Lusitanus *Lusitanorum caput oppidorum.* Sapph. Prud.
Secundam æquè ac primam Silius protendit.

Macedo *Fœcundo jejuno solo vir quippe Macedo,* Ara.
Secundam enim Lucanus semper brevem ponit.

Macedonius *Vescitur esuriens Macedonia perq; soporis.* Arat.
Tertiam Ovidius brevem statuit.

Mæotides *Mæotidumq; plagæ pontus quas obruit Helles.* Licent.
Secundam Ovid. longam fecit.

Margaritum *Margaritum ingens opibusq; & viribus arca.* Prud.
Secundam Petrus Arbiter & alii contrahunt.

Melanthia N*ascuntur gracili melanthia grata cumino.* Colũ.
Prima ab aliis & in aliis corripitur. (Enn.

Melanurus *Melanurum, turdum, merulam umbrámq; marinam.*
Contra primam brevem, tertiam longam Ovidius habet.
Scribitur enim μελάνουρος: vel Anapæstus est pro dactylo apud Ennium.

Melos *Qua Melos atq; Crathis fluvii, qua currit Iaon.* Prisc.
Posteriorem longam ponit Ovidius.

Melite *Sicanio lateri remis vicina Melite.* Arator
Secunda corripitur ab Ovidio.

Meridies *Luna nec in noctem, Sol neq; meridie.* Fort.
Primam brevem, secundam longam Horatius facit.

Mithras *Dissona sacra mithram, Ditemq; ferũq; Typhonẽ.* Cap.

Mitra *Ut mitra Cæsariem cohibens aurata virilem.* Prud.
Utriusque prior à veteribus producitur:

Modo *Ulla potest decreta, modo tu vive superstes.* Vict.
Posterior corripitur apud veteres.

Mosyni *Mosyniq; domos præbent, quis lignea tecta.* Prisc.
Prima Tibullo contrahitur.

Negligentes *Quos statuam Assyrii negligentes principis illã.* Alci.
Negligenter *Pœniteatq; olim negligenter temporis acti.* Idem
Primam veteres producunt.

Nisi *Sin tantum, penitusq; nisi nihil esse videtur.* Sido.
Hujus ultima veteribus brevis ponitur.

Ninus, rex N*on hic Assyriis Ninum priorem.* Phal. Sido.
Cujus priorem Mart. producit.

Nolanus *Campanus Capuæ, jamq; Nolanus adest.* Prud.
Hujus primam Ausonius extendit.

Omnino *Hæretici sensus nullúmq; omnino relictum.* Avien.
Ultimam Virg. producit.

Oretæ *Fluctuat æquoribus, nec non Oretæq; feroces.* Fann.
Lucano media producitur.

Pachynus *Usq; in saxosi Pachyni juga, plurimus inde,* Avien.
Media longa est veteribus.

Pædagogus *Pædagogus agit me, nam tristissima mater,* Max.
Secundam corripit Mart.

Palam *An dextram pacis palam dare, te pudet hosti.* Prosp.
Prima Virgilio brevis exsistit.

Pamphylia *Pamphyliæ in fines hic idem Cragus habetur,* Avien.
Huius secundam Statius producit.

Pandiones *Hæc cum Pandionis lectum componeret aulæ.* Idem
Secundam longam habet Lucanus.

Paphiacus *Cespite Paphiaco prodit saxosa Carambis,* Idem
Primam contrahunt antiquiores.

Paracletus *Spirat de Patrio corde paracletus,* Choriā. Idem
Scribitur tamen per η ita penultima παράκλητος producenda.

Paricida *Innocuas inter soboles genuit paricidam.* Prud.

Paricida *Paricida trahis quod Christi sanguine fuso.* Arator
In his primam longam, secundam brevem ponit Horat.

Pelopes *Sidoniosq; inter mansit, regnumq; Pelopum,* Licent.
Mediam veteres contrahunt,

Per *Mors fera per hominem, miserum sibi subdidit orbem,* Sed.
Pervetustis semper breviatur.

Phidias *Cujus opus? Phidiæ, qui signum Palladis ejus.* Auson.
Primam antiquiores prolongant,

Philoctete *Philocteta tibi dedit Pharetam* Phalec. Sid.
Prima contrahitur Virgilio,

Philosophus *Pingere Philosophi victricem Laida cœpit,* Sid.
philos in omnibus compositis primam abbreviat,

Photinus *Hac sese occultant Photinus & Arrius arte,* Prud.
Primam Lucanus brevem fecit,

Phrenesis *Et vitio cerebri phrenesis furiosa movetur,* Ser.
Media est longa Juvenali.

phreneticus *Quid mirum rabido si corde phreneticus æger,* Prosp.
Primam Mart. producit.

physicus *Physica vel logico logicam, vel jungit ad ethos.* Sidon.
Primam breviat Ausonius.

pilatus *Finge animo & testes & cœci infanda Pilati,* Lact.
Prima & natura & usu veterum producitur,

pisida *Tum Pisida ferox exercet pinguia culta,* Avien.
Claudianus & primam & secundam curtas ponit,

plato *Archyta, Pythagoras, Aratus, Cato, Plato, Chrysippus.* Fort.

Primam

primam Horatius brevem facit.

pollicebantur *Argenti ter dena illi mox pollicebantur,* Juven.
Tertiam natura protendit pollicebar,

præputium *Præputio exsutos octava luce sacrare,* Victor.
Secundam juvenalis extendit,

præstò adv. *Respondit hic Romanus eccum præstò sum* Jamb. Prud.
Ultimam producunt veteres,

præstigiæ *Præstigiæq; diu nebulosa in fraude peractæ.* Alcim.
Secunda producta est antiquioribus,

proles *Et nova de terris proles in astra volat.* Fort.
posterior longa est Juvenali.

popitius *Nam me propitias rerum pater unicus alto,* Juv.
prima corripitur Senecæ. Similia sunt propitiatus, propitiabilis, &c.

psalterium *Psalterium Lyrici composuêre pedes.* Arat.
Secunda extenditur & Virgilio natura.

pugil *Unctis pugilibus miles pugnabat Hetruscis,* Prud.
prior brevis est Horatio.

pugillares *Inde pugillares soliti percurrere ceras,* Prud.
primam juvenalis longam ponit,

pulex *Parve pulex & amara lues inimica puellis,* Luct. ph.
primam Mart. producit,

Quinctilia *Quinctilia, quantum gaudet amore tuo,* Catul.
Quinctilius *Ergo Quinctilium perpetuus sopor,* Chor. Horat.
Quinctilianus *Gloria Romanæ Quinctiliane togæ,* Mart.
Secunda in his tribus contra naturam Quinctilis primitivi est contracta.

Recolitis *Terris recolitis vestra tenerier* Choriamb. Capel.
prima veteribus est contracta.

Redimitus *Ipsa redimitos olea frondente capillos,* Prud.
Secunda Virgilio est brevis.

Rhomphæa *Æquaq; nec ferro brevior nec rhomphæa ligno,* Valer.
Rhomphæalis *Dextram perarmat romphæali incendio* Jamb. Prud.
Græce scribitur ῥομφαία diphtongo in secunda.

Sabellius *Personas tres esse negant, Sabellius unam,* Arat.
prima alias & ubique breviatur.

Sacrificium *Forma sacrificii perfecti prisca canistro.* Arat.
Secunda contrahitur vetustioribus,

Saginatus *Ut quoq; turba bono plaudat saginata magistro* Calph.
Secundam producunt veteres & primitivum:

Fertilis

Salamis	*Fertilis Ægine tellus, & opima Salamis.*	Avien.
	Sed mediam veteres omnes contrahunt.	
Salubris	*Hostica quod salubrem cuspis haberet opem.*	Cinna.
	Secunda in saluber & salutis longa existit.	
Sapphiratus	*Vernans herbida crusta sapphiratos.* Phal.	Sid.
Sapphirinus	*Sapphirino viridi maculoso cærulo & albo,*	Alcim.
	Secunda in ambabus rectiús producitur.	
Sardinia	*Jamq; remi populo quernas Sardinia glandes,*	Prud.
	Secundam Martialis contrahit.	
Scatinia	*Scatiniam metuens, non metuit Titiam.*	Auson.
	Secunda hujus vocis longa est Juvenali.	
Seleucia	*Cæciliam Sicula profert, Seleucia Theclam.*	Fort.
	Prima in Seleucus brevis est.	
Senectus	*Continuos gemitus ægra senectus habet.*	Max.
	Ultima hujus substantivi longa est, sicut in voce virtus, teste etiam Seneca tragœdo.	
Seplasia	*Quodq; ab Idumæis vectum Seplasia vendunt.*	Marc.
	Secundam Ausonius breviat.	
Servilius	*Hos quoq; sub nostris domuit Servilius, utq;.*	Sidon.
Servilia	*Matronæ, mox cum dederit Servilia nummos.*	Juvn.
	Utraque cum primitivo consentit. Secundam tamen Horatius corripit.	
Serus	*Profert & Ponto septem serus explicat ora.*	Avi.
	Primam veteres longam semper statuunt.	
Severinus	*Tu pater & patriæ lumen Severine Boethe.*	Gerb.
	Secunda primitivi semper longa ponitur.	
Sextilianus	*Bis decies solus Sextiliane bibis,*	Mart.
	Secunda in Sextilis primitivo producitur.	
Silicibus	*Compar silicibus nunc hyacinthus eat.*	Euch.
	Prima apud omnes corripitur.	
Simon	*Simon paret ovans, & aquosis gentibus instat.*	Sedul.
	Primam corripit Horatius.	
Simon	*Hic fuerat Simon ille magus, quem prodidit orbi.*	Arato,
	Posterior per ωmega scribenda producitur.	
Simonem	*Hinc Simonem & Judam, lumen quos Persa gemellum.*	
	Secundam item extendit Horat.	(Fort.
Sinapi	*Et mentam & sinapi, coriandrum, prototomúmque*	
	Mediam Columella producit.	(Marcel.
Sinus, vestis	*Baltheus & revocet volucres in pectore sinus,*	Liv. An.
	Priorem Virgilius contrahit.	

Illam

Sirenius *Illam Sireniis stupefactus cantibus æquans.* Max.
At secundam Virg. Horat. Ovid. extendunt.

Smaragdinus *Has inter species smaragdina gramine verno,* Prud.
Prima longa est veteribus.

Socrates *Socratem palmam promeruisse ferunt.* Max.
Media omnibus est brevis.

Solœcismus *Da rectum casum, jam solecismus erit.* Auso.
Secunda Mart. est longa, & cum diphthongo scribenda.

Sophia *Sortiti ætheriæ coluerunt dogma sophiæ.* Prud.
Et natura & Mart mediam brevem ostendunt.

Sphæra *Cujus ad arbitrium sphera mobilis atq; rotunda,* Prud.
Scribenda prior cum diphthongo.

Stipendia *Ut post jurisonæ famosa stipendia linguæ.* Sul. Lup.
Primam Catullus producit.

statim *Eligit aërium statim sibi corpus adaptans.* Alcim.
Catullus priorem corripit.

stator *Jovi statori debet & Diis cæteris,* Jamb. Prud.
Longam proponit Ovidius.

suffragium *Suffragiis Christi, & plausibus angelicis.* Prosp.

suffragatus *Hæc nunc per ejus suffragata literam,* Jamb. Paul. Ep.
Secundam Statius longam ponit.

Syracusæ *Quis Catinam sileat, aut quadruplices Syracusas.* Auso.
A Virgilio & Ovidio secunda producta, tertia correpta, diphthongo in o mutata, ponitur.

Taurominitanus *Vel Taurominitana quos Charybdis,* Phal Sid.
Luca. secundam corripit & quartam producit.

Thales *Thales hoc etiam numeris inquirit & astris.* Sido.
Primam corripit Juvenalis.

Ticinus *Allia præcepit Ticini sententia necti.*

Ticinus *Ultima jam claros quærunt post damna Ticini.* Sido.
Sed primam atque secundam Silius producit.

Tilia *Fraxinea in flammis quæ fundit tilia succum.* Ser.
Prima Ovidio est brevis.

Tinea *Non mordax ærugo vorat, non tinea sulcat.* Sedul.
Primam Horatius corripit.

Treviri *Occurris Treviros, alios quoq; mota querelis.* Fort.
Prima Lucano protenditur.

Triduanus *In tenebris triduana gerit, facit esse fidelem.* Arat.
Primam longam ponit Martialis.

Trigonus *Vota levat trigono, vires sociante sequenti.* Auson.

Secundam Manilius extendit,

Tripes — *Qui bipes aut quadrupes foret, & tripes omnia solus,* Auso.
posterior Horatio est longa,

Turones — *Defendis Turonem, aberas post tempore parvo,* Sid.
primam atque secundam contrahit Lucanus,

Typhonem — *Dissona sacra Mithra, Ditemq; ferumq; Typhonē,* Cap.
prima Virgilio longa exsistit,

Valentinianus — *Dum regeret princeps data jura Valentinianus,* For.
Tertia in Valentinus natura protrahitur,

valerianus — *Vidimus ô Christo Valeriane sacer,* prud.

valeriorum — *Valeriorum*, Adonius versus, prud.
primam hujus Horatius, illius Martialis contrahit,

valetudo — *Qualia divitiæ valetudo corporis ipsum,* Alcim.
Secunda longa est Horatio.

verecundia — *At postquam teneram rupit verecundia frondem,* Max.

verecundus — *Prostratus pedibus verecunda silentia rupit,* Max.
Secunda ambarum natura usque producitur.

verò adv. — *At verò postquam lectuli,* Jamb: prud.
posterior Virgilio est producta,

vestigium — *Vestigiis calcare suis veneranter adorant,* Sedul.
Secunda longa est veteribus.

viticula — *Viticulæ in gracili latet ingens corpore botrus.* Tert.
Secundam facit longam Virgilius.

Ultra — *Cura nihil prodest, nec ducitur ultra cicatrix,* Ser.
Ultima hujus Virgilio & aliis est longa,

Ulysses — *Efficior demens altor Ulysses ego,* Max.
Ultima est longa sicut in Vulpes.

vomica — *Vomica qualis erit, vel eidem proxima quædam,* Seren.
primam contrahit Juvenalis,

vulpes — *Hunc arguta novo gaudentem vulpes amictu,* Avien.
posterior longa est Horatio.

DEO VERO, ÆTERNO, UNI ET TRINO SERVATORI, EUCHARISTICON HENRICI SMETII VITAM complectens.

SUmme Pater rerum, qui Nato & flamine sancto
Æquævus, æternus τρὶς: μονὰς & τριὰς una,
Personis distincta tribus, Deus unus, & idem,
Omnipotens, sine principio, sine fine locoq;.

Cuncta

Cuncta replens, cuncta amplectens, perq; omnia præsens,
Qui cœlos & inane ingens, vastum mare, terras,
Tartara & Antipodas obtutu perspicis uno,
Cuncta regens solus sapiens: quippe omnia Verbo
Formasti ex nihilo, dextraq; potente tueris,
Ne pereant, errentq; via, qua pergere jussa.
Cui parent turmæ Angelicæ, cui turba volantum.
Et gens Oceani, pecudumq; hominumq; propago.
Reptiliumq; genus: quæq; udo in cæspite florent,
Vere novo reduces debent nascentia vitas:
Et cui, quæ fuso reparata est sanguine Christi
Sufficiente lytro, & cœlesti chrismate sancti
Uncta Paracleti, petræq; imposta fideli,
Hostibus exposita hîc multis, Ecclesia curæ est:
Prosper adesto, tuas laudes, tua dona canenti.
Tu mihi non imæ plebis de sanguine nasci,
Sed patre, avo, proavoq; antiqua stirpe creatis:
Et bene de patria meritis prodire dedisti.
Patre equidem, vitæ cui sexagesimus annus,
Bis viduos passo thalamos jam vertice cano,
Et velut effœto jam corpore spem super omnem,
Prolificos alia tribuit cum conjuge succos,
Talis honorato genitum me fœdere lecti,
Carcere constrictum materno, & luce carentem
Æthereâ, decimo dum Luna recurreret orbe,
Spumoso ex humore coacti more recenter,
Caseoli in massam spissans, virtute latente,
Fingis, & humana specie mentisq; capace,
Induis, usq; fovens dum maturescat in alvo.
Hinc fractisq; uteri vinclis, per claustra viarum,
Eduxti incolumem, Phœbei in luminis auras:
Antè parans alimenta mihi quàm nascerer, ori
Suavia, ventriculo peramica, accommoda membris,
Suctilia, irriguis calidè asservata lagenis:
Mammarum, semperq; labris exposta tenellis.
Adjicis in natum fidæ genitricis amorem,
Quæ nil desieri patiatur sedula proli,
Sed mea vix menses quater octo expleverat ætas,
Quum formidatus quondam senioribus annus
Septenus novies (quem κλιμακτῆρα vetustas.

 Num

Nuncupas) eripuit duro mihi funere patrem?
Me tamen orbatum non deseris: efficis autem,
(Quò tibi major honor, quò sit tibi gloria major)
Mater ut officium rapti genitoris adæquet.
Illa igitur curas cari de pignore lecti
Sollicitas agitans, viduos solatur amores,
Præsentemq; virum fingit sibi prole relicta.
Hanc monet, hortatur, castigat, præmia ponit;
Et patris exemplo, puerili in corde latentes
Suscitat igniculos virtutum, & semina veri;
Territat à vitiis, quæ sensim prodere sese
Consuerunt ætate rudi, emendatq; premendo;
Illa feras lites, fastus, luxusq; procaces
Detestata, cibo facili, cum simplice amictu
Contentum, docuit primis assuescere ab annis.
Hinc semper mihi grata magis mediocria magnis;
Pacis amans animus, fortisq; misertus iniquæ.
Tempus erat teneræ ruditatem mentis in artem
Ponere, & ingenii meliorem quærere cultum.
Namque velut geminos una de matre catellos.
(Quos genio natura dabat non dispare nasci)
Dissimiles cultura tamen, monstrante Lycurgo,
Reddidit hunc sylvis durisque laboribus aptum;
Illum segnitiæ assuetum, & fumantibus ollis,
Tu mihi cultores animi, morumque magistros
Suggeris, & docilem me culturæque capacem
Efficis, & Sophiæ Musarumque indis amorem,
Usque adeoque faves, ut, quum jam ætatis adesset
Quinta trias, dederim fœturæ insignia primæ,
Phocyliden Latio donando, Pythagoramque.
Postque duas hyemes formam cum morte pudicam
Certantem cecini, & Troxartæ prælia regis,
At decimo bis vere acto, præsignia laudis
Phœbeæ, Medicæque artis præconia dixi.
Messe bis undecima, Clius audacia nostra;
Sceptra Jehudææ sumsit sibi dicere gentis,
Præsidio conata, tuique hæc numinis aura.
Præterea tantos prosper conatibus addis
Successus nostris Medicæ invigilantibus arti;
Ut, quum bis vitæ nondum duodenus adesset

Autu-

Autumnus, Musis præclara Bononia dignum
Censuerit tituli me Doctoralis honore.
Interea regis affectus, quocumque locorum
Misisti: seu Gundini me sive Levaci
Seu Laceburgiaci vel docto Budoris amne.
Itala vel tellus (ubi summa licentia morum)
Exciperent, vitiis juvenilibus abstinuisti,
Frugi animum tribuens, rectique cupidine ductum.
Ac mihi ne mentem generis fiducia clari
Abriperet, ne luxus iners, ne blanda Dione,
Bacchus & illecebræ caperent, velut ora caballi
Luxuriantis eques freno & calcare gubernat,
Et rectam docet ire viam: sic nobile priscæ
Stemma domus, modici frenas moderamine census.
Qui licet exiguus fuerit, tamen efficis illum
Sumptibus æqualem, stipis & nullius egentem,
Tandem me incolumem per multa pericula vectum
Per mare, per montes, tempestatesque sonoras,
Sole sub externo à morbis, & funere semper
Servatum, reddis patriæ, lætæque parenti.
Annus & hinc non totus abit: de conjuge casto
Conveniente thoro mihi prospicis: haud opulenta,
Haud quoq; formosa: sed quam mage plurima virtus
Cognitio veri, & reverentia Numinis ornet.
Nec sterilem pateris thalamum: sed quatuor inde
Pignora viva mares ducis, totidemque puellas,
Suppeditans, quæ sufficiant nutrimina vitæ,
Jamque aderat sextum ver, ex quo civis agebam
Antuerpæ ad refluos Scaldis prædivitis æstus:
Vectus uti longum tranquilla per æquora Ponti
Navita, si celeres revolare ad littora mergos
Ex placido videat pelago, vocemque ciere:
Vel si stellarum species de nocte cadentes
Conspiciat, longoque nitescere in aere tractu:
Si bibat iris aquas, si flumina radat hirundo:
Providus ille petit portum: aut legit humida vela:
Sic mihi dum recolo, quòd totum Belga per orbem
Victor in Ausonios, in Gallos, Saxonas, Afros,
Duxerat, & spoliis jam se ostentabat opimis,
Alta in pace sedens: bombycina carbasa malis

*Jungebat: magnis certabant sum**bus urbes:*
Contemtaq; aula veteri, nova curia forma
Regifica, nigro & colubrino ex marmore tota,
Splendida surgebat, Pietas dum pressa gemiscit.
Ex his haud dubiis longè præsciscere signis
Venturam dederas cladem, & discrimina rerum,
Ergo velut Lotum Sodomis, exire paratum
Cum fida thalami consorte, & prole tenella,
Quanta fugæ noras satis esse viatica donans,
Finibus educis patriis in tuta locorum.
Hospitium curas, alimenta benigniter addis.
Delectuq; dato de conditionibus ultro,
Quatuor oblatis (cœlesti munere) suades
Lemgovios petere, & Cauco vicina Visurgi,
Lippiacis medicam facturum heroibus artem.
Hic mihi Phœbea latè inclarescere fama
Utiliter tribuis, magnumq; apud omne favorem
Concilians mortale genus successibus auges,
Interea ne res nimiùm mihi sorte secundæ
Luxuriem pariant reddarq; tuæ immemor auræ,
Elatam reprimis per fata domestica mentem.
Morbis immissis variis neq; funere nullo.
Solaris tamen hæc iterum, cum maxima sextum
Post Majum (quæq; ipse mihi promittere nunquam
Ausus eram) plena largiris munera dextra,
Meq; Palatini Friderici ponis in aula,
Qui Jetebulæa regnat Septemvir in arce,
Atq; gregi socias fido te corde colenti.
Hic dum quadruplicis plebs per contagia morbi
Atteritur, tu meq; meosq; à peste tueris.
Ast, ne insperato splendoris adauctus acervo
Efferar, egregiè mihi consulis, inq; modestæ
Lege tenes animum, pietate, tuiq; pavore,
Et ducis exemplo moderati, teq; verentis.
Impleverat jam quarta cados vindemia musto.
Cum tibi grandævum (quem sollicitudo piorum
Undiq; pressorum, Christiq; Ecclesia mœrens
Et status imperii, multo jam tempore nutans
[illegible]egerat) exhaustum longis exsolvere curis
[illegible]cum sedet, æternaq; beare quiete.

Tante

Tanto orbum domino materna ex morte relicta
Prædia visentem, cum nata & conjuge fida,
Per longum deducis iter, salvosq; reducis,
Ereptos iterum patriæ surgente tumultu,
Atq; domi incolumes donas reperire relictos.
Jam verò reducem spoliatum principe tanto
Demulces iterum delectu ex munere terno
Oblato, à Batavis, Cattis & faucibus Hartæ.
De quibus hortaris, faciendo artemq; docendo
Degere Neustadii, & Casimiro impendere curam.
Hic mihi res aliquem te suppeditante peculi
Adjecit cumulum, canis dum prospicis annis,
Qui sua vermiculis olida putredine natis,
Qui sua soricibus subter tellure cavata,
Piscibus Oceano in magno sua pabula curas,
Montivagisq; feris timidisq; volucribus escam:
Tune hominem, divina cui mens æthere venit,
Cujus ad officium per te sunt omnia facta:
Quem tibi dilectum purgasti sanguine Nati
Unigenæ, ut felix æterna luce fruatur:
Tune illum invalida vergentem ætate relinquas?
Haud equidem, nam tu pater es bonus, & Deus olli.
Quin imò haud modicum simul impartiris honorem
Frena meæ tradens moderanda Academica dextræ.
Dum quoque pestiferis funestas luctibus urbem,
Mox iterum servas privo sine funere salvos.
At ne fortè animus nimis hinc se attollat: amœnum
Instructumq; domo spatiosa, atque ubere villa,
Morte piæ matris veniens, neque paupere censu,
In Flandris herediolum per acerba furentis
Fulmina Bellonæ vastas, & inutile reddis.
Hac clade affectum me iterum solaris amice,
Ad majora ciens atque utiliora, vocatu
Gymnasii Jerebulæo sub colle vigentis:
Quum, fratre exstincto, pupillum & regna tuentis
Neccarus imperio Casimiri haud segnior iret.
Adjicis hic aliquid rursum: de dote meæq;
Sollicitus sobolis thalamo: quin addis honores,
Aurato nitidos sceptro cum tradis habenas
Electorali florentis in urbe Lycei.

Præcelebres fama, sed cauta mente regendas,
Injicis at rursus camum: retinacla tenentem
Importuni hominis vexar passus ab auso,
Accumulans q; malum, vita me conjugis orbas,
Conjugis æternam merita cum nomine vitam,
Cognitione, metuq; Dei quæ prole beata,
Vixit amata viro, ter nonos juncta per annos.
Sed (tua quæ bonitas) vicibus melioribus ista
Compensas, quum das natas superesse parenti,
Obsequiis, probitate, fide, castoq; pudore
Ornatas, dominiq; metu: queis fida paternæ
Cura domus, animo sedeat commissa sagaci,
Quin etiam primæ natarum, fedus honesti
Procuras thalami: docto quum traditur illa
Consæo conjux: viduoq; levamina patri
Magna seni præstas parilis consorte repertæ
Conjugii, quæ sit reliquos mollire labores.
Insuper & natæ mox insperatæ secundæ
Pangis honorati connubia clara Gruteri.
Quis putet? octavo tandem quoq; vere, Smaragdis
Cum tunicam Tellus ornat: me patre volente
Quamvis grandævo, neq; climactera timente
Sed fidente tibi (tanto est tua cura) relictæ
Natarum minimæ sponsum das stemmate pulcro
Stœckelium pietate pari, Musisq; decorum,
Tu quoque natorum vice (nam septem arce beasti
Ætheria) mihi das natorum cernere natos.
Tu procul à patria, patriam in regione feracè
Et vini & cereris donas, dulcemq; quietem,
Principe sub placido tutam & cœlestibus alis,
Inque pio cœtu, qui te timet, ardet, adorat,
Quod mihi, quod natis opus est largiris abunde,
Quid dicam? quod & hanc iterum dignaris honore
Magnifico, reddisq; auro praeunte verendam
Canitiem, quam sexagesimæ liquerat æstas.
Tu mihi bis septem sexagintaq; per annos
Incolumem servas vitam discrimine ab omni.
Quum puer unius concretam frigore noctis
Calcabam glaciem, vel quando hæredia circum
Lintre brevi ludens fossæ labebar in undas,

Iudo

Inde bis eversa ejectus currente quadriga,
Cumq; per angustum præceps altumq; caballo,
Corripiente viam Rhætæas ferrer in Alpes:
Haud aliter longo post tempore, quando reversus
A patriæ campis, hærediolóq; parentis,
Sole sub ardenti, convexa in nave sedebam:
Antennæ grave pondus, ab alti culmine mali
In caput illapsæ lethum mihi penè tulisset,
Sic quum vectus equo multo post VVachenhemæâ
Urbe domum repeto, curata nobili ab ægra:
Ponticulo sonipes falsus pede labitur, atque
Sessorem saxo secum devolvit ab alto.
Tu mihi perpetuus custos, dextraq; fideli
Tutabaris, uti dilectum numinis orbem,
Me quoque sed modicis voluisti affligere morbis,
Variolis equidem febriq; ex ordine quartos
Observante dies puerum, verùm inde per annos
Vicenos stabili donabas robore corpus.
At juvenili ævo per succussantis equi vim
Lassatum rigor & febrilis corripit ardor
Continuus: sexta quem luce recedere sensi.
Et licet octavo redivivus Sole rediret:
Quinta tamen rursus sublatum vespera vidit.
Deinde bis undenas firmo me corpore messes
Conservas; donec cumulati sanguinis humor
Insidias strueret lumbis crurisq; sinistri
Gressibus officeret dolor in coxendice natus:
Ast hunc te dante ex cubito & gemino pede secta
Sustulit educto confertim vena cruore.

Hinc mihi iter senos robur mediocre per annos
Restituis rursum: dum tandem ætate senili
Post septem vitæ decadas, sub parte sinistra
Lumborum, subitus medio sermone loquentem
Invadit dolor, acer ut orsa abrumpere cogat:
Deliquiis animi ter adortus; & in pede lævo
Impediens motus, vigilem me nocte dieq;
Absq; cibo, potuq; tenet, sudore madentem:
Hoc vitæ discrimen, in hac ætate labente
Sanguine detracto tripliciq; malagmate tollis.
Sublapsas reparans vires victuq; vigorem

Sic mi conservas sano cum corpore vitam,
Cladibus exemtam magnis belliq; pavore,
Quale quater denos Belgas attrivit in annos.
Quamq; manu tam munifica defendis, alisq;
Hactenus, ad gelidam servabis porro senectam.
Quid vero tibi pro meritorum gratus acervo
Retribuam, supreme Pater, cui debeo cuncta?
Semper honos tuus ore meo, laudesq; sonabunt,
Dum reget hos artus anima, & post funera vivet.
Seu mansura suis aliquando temporis orba,
Exuviis: seu læta iterum (simul uda putredo
Arida vel caries, vel flammæ absumserit ardor,
Et tenues variè disjecerit aura favillas)
Corporis hospitium (flatu cœleste reductis
Undiq; particulis) tandem subitura prioris,
Ut mox æthereis vivax secum inferat astris.
Namq; ut quondam olitor, qui fortè minuta sub uno
Diversi generis confusa videbat acervo
Semina, mox secum, dum singula seligit, hoc est
Ocimon, hoc apium, lapathum istud, at oxalis illud,
Daucos & andrachne, ammi, apiastrum, urtica, melan-
(thum:
Sic tua sed melior, sapientia novit acuto
Permistos hominum cineres discernere visu.
(Scis etenim quò ierant, & cujus quæq; favilla est)
Discretosq; iterum componere in ossa, cutemq;
Et nervos inter medios formamq; priorem:
Cuiq; suam reddens animam, quæ reddita membris
Fida meis rectrix, redivivo in corpore deget,
Et secum in cœlos rapto per secula vivet,
Angelicisq; choris, turbæq; adjuncta fideli,
Devicta Morte atque Erebo, vinctoq; Satane,
Æternos Agni decantatura triumphos.

FINIS.

Marql